
Digitized by Google

AK185/1

Digitized by Google

Digitized by Google



VETVSTISSIMA . BEATI . PETRI . VATICANA . CONFESSIO

And. Vici del.

ÉCOLE SAINTE GENEVIÈVE · B.D.J. ·

VATICANA CONFESSIO
BEATI PETRI
PRINCIPIS APOSTOLORUM

CHRONOLOGICIS TAM VETERUM QUAM RECENTIORUM SCRIPTORUM TESTIMONIIS

INLUSTRATA

OPERA ET STUDIO

STEPHANI BORGIAE

SACRAE CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

A SECRETIS



O ROMA FELIX QVÆ DVORVM PRINCIPVM ES CONSECRATA GLORIOSO SANGVINE. HORVM CRVORE PVRPVRATA CETERAS EXCELLIS ORBIS VNA PVLCHRITVDINES.

ROMAE MDCCLXXVI

EX TYPOGRAPHIA SAC. CONGR. DE PROP. FIDE

PRAESIDUM FACULTATE

BIBLIOTHEQUE S. J.
Les Fontaines
CHANTILLY

Digitized by Google

PIO VI

OPTIMO MAXIMOQ. PONTIFICI

QVI

B. PETRI CAELESTIS REGNI CLAVIGERI

PATRONIQ. SVI AB ADOLESCENTIA

GLORIOSISSIMVM SEPVLCRVM

EXEMPLO IN TANTA CVRARVM MOLE

ADMIRANDO

INTIMO SINCERAE DEVOTIONIS ADFECTV

QVOTIDIANA FERVIDAQ. ORATIONE

COLERE VENERARI NON DESINIT

STEPHANVS BORGIA

SACRAE CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

A SECRETIS

EGREGIA QVAE SVPERSVNT

INDVBIAQ. TESTIMONIA

PER SAECVLORVM SERIEM DIGESTA

DE SACRO PRINCIPIS APOSTOLORVM CORPORE

IBIDEM CELEBRI MEMORIA REQVIESCENTE

QVO GREGIS DOMINICI

ERGA TAM INSIGNE SACRARIVM

ET PONTIFICIAE AVCTORITATIS MONVMENTVM

CONDIGNAE REVERENTIAE OBSEQVIA

EXCITENTVR FOVEANTVR

D

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

TEmplum Vaticanum, quod forma inſigni, ampliſſimaque nunc cernimus Deo O. M. erectum in honorem Principis Apoſtolorum, nulla re magis celebre, frequentatumque omni aevo fuit, quam ipſius D. Petri ſepulcro. Huic fidelium pietas a primis Religionis noſtrae incunabulis praecipuum ſemper cultum, magnamque exhibuit venerationem, quidquid Haeretici blaterent, quorum temeritas eo uſque proceſſit, ut Romae nec Petrum umquam fuiſſe, nec ibi martyrium conſummaſſe in vulgus jactare non dubitaverint (a). *Sed ut Inferi portae ad-*

(a) Inter illos, qui in controverſiam revocarunt, fueritne Romae aliquando Petrus, primus videtur Marſilius Patavinus exſtitiſſe, qui venalem pro Ludovico Bavaro exercens calamum, ac Iohannis de Ianduno Gandavenſis, & Peruſinae Academiae Profeſſoris opera adiutus, librum ipſi Ludovico nuncupatum, & *Defenſorem pacis* inſcriptum conſarcinavit, ubi ceteros inter errores hunc addidit, nimirum Paulum Romae Epiſcopum, non Petrum videri, eo ſcilicet innixus fundamento, quod S. Lucas biennio Paulum in urbe Roma verſatum affirmet, Petrum vero ibi conſediſse nuſquam meminerit. Marſilium, ac Iohannem de Ianduno Iohannes XXII. damnavit (Rayn. an. 1327. n. 27.) Poſt Marſilium vero tam turpe, impudenſque mendacium aſſerere auſus eſt nemo ante Udalricum Velenum Lutheranum hominem, qui ſaeculo ineunte XVI. librum hac ipſa de re publicum fecit, in quo XVIII., ut vocat, *Perſuaſionibus* evincere conatur, Apoſtolorum Principem Romae numquam fuiſſe, ſed Hieroſolymis martyrii palmam conſecutum. Eiſdem fere temporibus Iohannes etiam Aventinus, qui licet orthodoxus orthodoxas vero minus habuit ſententias, in *lib. 2. Annalium Boiorum* non bene de Romano S. Petri itinere ſenſit. Eas illico opiniones, ac mendaciſſimas praeſertim Veleni *Perſuaſiones* ambabus, ut aiunt, ulnis amplexi ſunt, tum Calviniſtae, tum

Digitized by Google

adverſus Eccleſiam ſuper eo fundatam a Chriſto Domino nil quicquam poſſunt, aut ullo umquam tempore poterunt, ita haec mentiendi impudentia a doctis viris adeo exploſa iam fuit, ac diſflata (*a*), *ut nemo hominum, niſi plane ſit vecors, huiuſmodi opinionem, ſeu potius fabulam tueri audeat. Nam Petri adventus Romam, eiuſque Paſſio illuſtris tot veterum auctoritatibus, ac monumentis liquet, ut ipſos pudeat Heterodoxos* (*b*) *hanc futilem, ſtultamque Romanae Cathedrae litem intendere.*

Ve-

tum Lutherani, tum etiam aliarum recentiorum haereſum ſectatores, in quo quidem inſignis eſt, atque admiratione digna Iohannis Calvini diſcrepantia, qui cum in *Inſtitutionum lib.*4. *cap.*6. *n.* 15. propter *Scriptorum conſenſionem* ultro conceſſerit, Petrum Romae deceſſiſse, poſtmodum in Commentariis ad ipſius Petri epiſtolam aſſerere non dubitavit, illud iam plane conſtare, quod procul ab Italia Petrus mortem oppetierit. Diuturnum ſane foret univerſa perſequi, omneſque ex Haereticis memorare, quorum curae fuit Romanum iter S. Petri temere aggredi, eiuſque Epiſcopatum laceſſere. Satis ſit nominare Ioh. Functium *in Chronico lib.*5., Baleum *in Actis Romanor. Pontif.*, Lucam Oſiandrum *in epitome hiſt. Eccleſ. centur.*1. *lib.*2. *cap.*41., Henricum Ottium *in examine Hiſtorico-Theologico in Annal. Baronii*, Claudium Salmaſium *in Apparatu ad lib. de primatu Papae*, Illyricum *de primatu Papae*, Fridericum Spanhemium *in Diſſert. de temere credita Petri in Urbem Romam profectione*, Ioachimum Langium *in hiſt. Eccleſ.*, alioſque non paucos.

(*a*) Non defuere inter Catholicos Scriptores, qui ad vindicandum contra Haereticos S. Petri adventum in Urbem, tum ad Romanum ipſius Epiſcopatum, martyriumque evincendum calamos obiecerunt ſuos; inter quos Gregorius Cardinalis Corteſius eſt facile princeps, utpote qui prior exſtitit, qui fallacem haeretici Udalrici Veleni libellum doctiſſimo libro retunderet, quem librum Hadriano VI. ann. 1522. detulit. Longa propemodum Catholicorum omnium Scriptorum eſt ſeries, qui poſt Corteſium invicte de eodem argumento egerunt, quorum proinde multitudine ne obruamur, ſatis videtur fore, ſi, poſtquam primum indicavimus, noviſſimum modo afferamus, qui ex profeſſo de re ipſa diſſeruit. Eiuſmodi eſt Petrus Franciſcus Fogginius, qui diſertiſſimum Benedicto XIV. obtulit librum ea fronte: *De Romano D. Petri itinere, & Epiſcopatu, eiuſque antiquiſſimis imaginibus Exercitationes Hiſtorico-Criticae. Florentiae* 1741.

(*b*) Nec inter Haereticos deſunt, qui Petrum Romae commoratum eſſe luculenter affirmant,

Verum Scriptores noſtri, qui operam egregie in eo poſuerunt, ut haec hoſtium deliramenta refellerent, nihil fere de Petri ſepulcro, deque perpetuo ſaeculorum conſenſu, quod ſacrum eius corpus in Vaticana quieſcat baſilica, ſcriptis tradere, ac documentis aſſerere ſunt conati. Hinc mihi polliceor aequo, benignoque Lectori haud ingratum fore, ſi rem totam abſolvam, demonſtremque evidentius, mortales beatiſſimi Apoſtoli exuvias non alibi huc uſque, quam in templo Vaticano cuſtoditas, pioque gentium obſequio celebratas fuiſſe. Ut vero apte, ac diſtincte huiuſmodi aſſertio, demonſtratioque procedat, eam ſcribendi rationem inſtituam, ut primo ſaeculo D. Petri martyrium, ſecundo ceteriſque deinde ſecutis, eius corporis in Vaticano exſiſtentiam certa veterum, coaevorumque Scriptorum auctoritate confirmem. Chronologicae huic narrationi finem cum ſaeculo XV. imponam, quod tempora poſteriora tanta iam in luce verſentur, ut ſupervacaneum omnino ſit ultra ſermonem extendere, quam argumenti neceſſitas poſtulat.

Omnia, quae ad noſtram rem facerent Scriptorum etiam veterum teſtimonia congerere nolumus, tum quia longum, ac moleſtum forſan id eſſet, tum quia propoſitum hoc nobis eſt, ut eas tantum auctoritates in aciem educamus, quae firmo ſtent robo-

re,

mant; cuiuſmodi ſunt Guilielmus Cave *in Hiſt. Litterar.*, Hammoudus *in Diſſ. 5. de Epiſc. & Presbyter.*, Ioh. Pearſonius *in Comment. in Petri epiſt. 1.*, Uſſerius *in Annalib.*, Ioſeph Scaliger *in not. ad Chron. Euſebii*, & *in Op. de emendat. tempor.*, Blondellus *de Primatu*, Patricius Iunius *in not. ad ep. S. Clementis*, Ioh. Pappius, Ioh. Clericus, & Thomas Ittigius *in Hiſtor. Eccl.*, Balthaſar Bebelius, & Samuel Baſnagius *in Antiquitat. Eccleſ.*, Iſaacus Nevvtonus *in Obſervat. in Apocalypſim cap. 1.*, Baraterius *in Diſſ. de ſerie, & ſucceſſione primor. Pontif.*, Nicolaus Vedelius, aliique, qui in S. Ignatii Antiocheni Epiſcopi, & Martyris epiſtolas conſcripſerunt. Recentiores Haeretici fatentur quidem Romam petiiſse Petrum, ſed plane negant, Romanam Eccleſiam a Petro eſse conſtitutam, neque proprie Romae Epiſcopum eum fuiſse; quod Guilielmus Cave revocari poſse in dubium arbitratur, & diſerte negant Vedelius, Bebelius, Ittigius, Baſnagius, ceterique fere omnes Heterodoxi.

Digitized by Google

re, nec ullo poſſint adverſariorum impulſu dimoveri. Quare nec ipſo Libro Pontificali, *quamquam plurimi aeſtimari debeat, utpote quem Anaſtaſius Bibliothecarius ſaeculo nono e vetuſtis Eccleſiae Romanae documentis concinnavit, niſi poſt primos ſaeculorum decurſus utemur, ne ſeverioris criticae regulis reclamantibus ea, quae longe ſunt antiquiora teſtimonio auctoris minime aequalis, ſtatuamus. Nec minori religione eas omnes auctoritates omittemus, quae deſumi poſſent e vocibus* Limina, *ſeu* Veſtigia S. Petri *apud vetuſtos Scriptores non raro occurrentibus, idemque prorſus faciemus quoad* S. Petri Confeſſionem, *niſi e ſermonis contextu appareat Apoſtoli ſepulcrum eo vocabulo indigitari, idque ut arbitror optimo iure; nam voces* Limina, Veſtigia *nihil prorſus attinent ad ſepulcri exſiſtentiam, &* Confeſſionis *expreſſio non id ſemper ſignificat, quod nos probare contendimus.*

Inſtitutum hoc noſtrum ea diligentia proſequemur ac fide, quam hiſtoria omnis, praeſertim ſacra, maximam peculiaremque requirit. Quo poſito, ingenue ſtatim fateri non omittimus, quod licet polliciti ſimus per chronologicam temporum ſeriem oſtendere perpetuam Clavigeri Caelorum in Vaticano manſionem, aliquando tamen contigit, ut inde in Catacumbas tranſiret. Tranſlationis huiuſce veritas, quae non multo poſt fieri debuit, quam certaminis lauream adeptus eſt, negari, ut puto, aut a quoquam infirmari non poteſt, cum antiqua monumenta teſtentur Principis Apoſtolorum corpus ſimulque alterum Coapoſtoli Pauli in Catacumbis aliquandiu occultata, & illinc ad priſtinas ſedes deinde reducta fuiſſe. Primus quidem omnium, qui rem hanc memoriae tradiderunt, S. Damaſus fuit, quem omnes norunt Eccleſiae Romanae culmen ab anno 366. ad annum 384. tenuiſſe. Is enim cum locum poſteris vellet notum facere, quo SS. Petri, & Pauli corpora iacuiſſe conſtabat, in Catacumbis hos verſus incribi curavit (*a*).

Hic

(*a*) Eos verſus ex Mſs. Baronius ad an. 284. num. 23., Gruterus pag. 1172. num. 12., Mabillonius tom. 4. Vet. Analect. pag. 504., Editor Opuſculor. S. Damaſi, Carmin. 12. pag. 226. Romae 1754. aliique protulere.

Digitized by Google

Hic habitaſſe prius Sanctos cognoſcere debes,
Nomina quiſque Petri pariter Paulique requiris.
Diſcipulos Oriens miſit, quod ſponte fatemur,
Sanguinis ob meritum Chriſtumque per aſtra ſequuti,
Aeterios petiere ſinus & regna piorum.
Roma ſuos potius meruit defendere cives.
Haec Damaſus veſtras referat nova ſidera laudes.

Damaſi auctoritati concinit S. Gregorius Magnus, qui ſaeculo ſexto in finem vergente ſolium Pontificium aſcendit, vitaque exceſſit anno 604. En ipſius verba ad Conſtantinam Auguſtam (*a*): De corporibus vero Beatorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum? dum conſtat, quia eo tempore, quo paſſi ſunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, ſicuti civium (*b*) ſuorum repeterent. Quae ducta uſque ad ſecundum Urbis milliarium, uſque ad locum, qui dicitur ad Catacumbas collocata ſunt. Sed dum ex deinde levare, omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit, atque diſperſit, ut talia denuo nullatenus attentare praeſumerent. Tunc autem exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt, levarunt, & in locis ubi nunc condita ſunt, poſuerunt. *Ex duobus his teſtimoniis non minus occaſio translationis, quam tempus colligitur non longe ab eo remotum, quo Petrus, & Paulus martyrium ſunt paſſi; praetereaque repoſitio corporum, quae inde conſecuta eſt in prioribus locis, nempe in Vaticano, ac via Oſtienſi. Et quamquam neque ex Damaſo, neque ex Gregorio tempus appareat, quo facta haec eſt repoſitio; tamen cum certa, atque explorata res ſit, quod ante finem ſecundi ſaeculi, ut in monumen-*

(*a*) Lib. 4. epiſt. 30. Indict. XII., ideſt. an. 594.

(*b*) *Civium* nomine aevum Gregorianum *populares* intelligebat, ex quo colligitur iſtos Apoſtolorum corporum raptores fuiſſe Iudaeos Chriſtianos. Quumque omni tempore urbs referta Iudaeis fuerit, facile cum Iudaeis incolis conſpirare Iudaei advenae in latrocinium potuerunt.

Digitized by Google

torum ſerie patebit , Apoſtolorum corpora ſuis iam locis reſtituta fidelium veneratione colerentur , neceſſario concludi debet eo ipſo ſaeculo ad ſuas proprias ſedes e Catacumbis rediiſſe . Manifeſto etiam ex recitatis eorumdem Pontificum verbis apparet , quod ipſis non ſecus doctrina , quam vitae ſanctitate fulgentibus una haec tantum translatio nota fuit . Quamobrem fit , ut aliam admittere nequaquam poſſimus ſaeculo tertio factam , non quidem populi Orientalis opera , ſed metu Pontificum Romanorum , qui ſacra pignora in Catacumbas periculo territi Elagabali furentis detulerint , unde mox fertur in Vaticanum , viamque Oſtienſem revocata fuiſſe , curante S. Cornelio , vel Sixto II. Pontifice . Et revera ſecunda haec translatio duabus tantum innititur auctoritatibus , nempe Libri Pontificalis in vita S. Cornelii Papae , & Calendarii Bucheriani (*a*), *quod non ante ſcriptum videtur , quam tempore Liberii Pontificis , vel circa medietatem ſaeculi quarti . Liber Pontificalis editus a Iohanne Vignolio haec habet* (*b*): Hic [*S. Cornelius*] temporibus ſuis , rogatus a quadam matrona nomine Lucina , corpora Apoſtolorum Petri , & Pauli de catacumbis levavit noctu ; prius quidem corpus B. Pauli accepit beata Lucina, & poſuit in praedio ſuo via Oſtienſe iuxta locum ubi decollatus eſt : Beati vero Petri corpus accepit B. Cornelius Epiſcopus , & poſuit iuxta locum , ubi crucifixus eſt , inter corpora ſanctorum epiſcoporum in templo Apollinis in monte Aurelio in Vaticano palatii Neroniani III. Kal. Iulias . *In Calendario autem Bucheriano , quod etiam penes Ruinartum* (*c*), *& Franciſcum Blanchinium* (*d*) *legi poteſt , haec pauca notata viſuntur* : III. Kal. Iul. Petri in Catacumbas , & Pauli Oſtienſe , Tuſco & Baſſo Coſs. *His verbis annum* 258. *ſignari , quo Tuſcus , & Baſſus Conſules fuerunt , manifeſta res eſt . Adden-*

(*a*) De Doctr. Tempor. pag. 268. Antuerpiae 1634.

(*b*) Tom. I. pag. 48. & ſeq. Romae 1724.

(*c*) Acta. MM. pag. 541. Veronae 1731.

(*d*) Tom. 2. Anaſtaſii in Prolegom. pag. 9.

Digitized by Google

dendus ſupra relatis auctoritatibus poſtremo eſt Laterculus Polemii Silvii ad Eucherium Epiſcopum anno ſcriptus 448. (*a*), *in quo haec ſunt* : VIII. Kal. Mar. Depoſitio S. Petri, & Pauli. *Videndum nunc eſt, cuius ponderis haec ſint fundamenta ad ſecundam corporum Petri, & Pauli translationem, de qua nunc agitur, ſtatuendam.*

Ac primo nihil prorſus cenſenda eſt Polemii Silvii auctoritas, cum vox Depoſitio *nec tempus translationis deſignet, nec ea minus recte ad primam, quam ad ſecundam referri poſſit. Nam quis neget eam hic intelligi debere, quae SS. Damaſo, & Gregorio narrantibus, in Catacumbas, aut alteram potius, quae retro e Catacumbis in Vaticanum, & viam Oſtienſem facta fuit, quod etiam vero eſt ſimilius, quia Orientales nonniſi occulte SS. Apoſtolorum corpora auferre, & in Catacumbis deponere potuerunt? Dubium praeterea non minimum ingerit, quid ſibi velit ea* Depoſitio *S. Petri, & Pauli, cum Calendarium Bucherianum, quod Silvii Laterculo haud paulo eſt antiquius, nullam eo die translationis, ſed Cathedrae S. Petri mentionem habeat* : VIII. Kal. Mart. Natale Petri de Cathedra.

Laterculi documento reiecto, ſuperſunt auctoritates e Libro Pontificali, & Calendario deſumptae. Verum hae quoque, ut licet cuique animadvertere, parum, aut nihil inter ſe conveniunt: ſiquidem Liber Pontificalis corporum translationem e Catacumbis in Vaticanum, & viam Oſtienſem factam deſcribit ſub S. Cornelio, qui Pontificatum tenuit ab anno 251. *ad annum* 252.; *Calendarium vero nihil habet omnino de translatione, ſed memoriam ſolummodo indicat S. Petri* in Catacumbas, *& S. Pauli* Oſtienſe, *adiectis Conſulum Tuſci, & Baſſi nominibus, qui munus hoc geſ-*

(*a*) In eodem Laterculo apud Ioh. Bollandum in Praefat. to. I. Ian. Act. SS. pag. 44., tempus quo ſcriptus fuit, ſic deſignatur: *D. N. Theodoſius praeſens Auguſtus, D. N. Placidius Valentinianus, ſub quibus Iohannes extinctus eſt, & a quibus cum DD. matre Placidia, uxore Eudoxia auguſtis, nunc imperium poſſidetur; quod Poſtumiano, & Zenone viris clariſſimis adnotavi*: ideſt anno 448.

ſerunt anno 258., *quo Sixtus II. Romanam regebat Eccleſiam. Bucherius, qui primus Calendarium hoc emiſit in lucem, de Conſulibus hiſce in margine ſic adnotatum reliquit*: Neſcio, quid hic ſibi velint hi Conſules, forte aliunde luxati.

Ad varia haec monumenta inter ſe concilianda eruditi homines permulta ſcripſerunt, quae in unum collecta videri poſſunt tum Petri Moretti (a) *ſtudio, ubi diſputat* de Translatione corporum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli ad Catacumbas, *tum Ioſephi Blanchini diligentia in Opere inſcripto* Demonſtratio Hiſtoriae Eccleſiaſticae quadripartitae (*b*). *Nos ut aliorum opiniones excutere hic nolumus, ita fas eſſe arbitramur, quid ipſi ſentiamus in medium proferre. Primum igitur translatio corporum Petri, & Pauli ad Catacumbas, quam S. Calliſto Pontifici tribuunt, nullum habet a vetuſtate teſtimonium, ſed aliquam tantum coniecturae vim ſumit ex iis, quae in vita Elagabali Caeſaris narrat Lampridius* (*c*): Ubi primum ingreſſus eſt Urbem, omiſſis iis, quae in provincia gerebantur, Heliogabalum (ideſt Idolum cognomine ſuum) in Palatino monte iuxta aedes Imperatorias conſecravit, eiuſque templum fecit, ſtudens & Matris typum, & Veſtae ignem, & Palladium, & Ancilia, & omnia Romanis veneranda in illud transferre templum, & id agens, ne quis Romae Deus, niſi Heliogabalus coleretur. Dicebat praeterea Iudaeorum & Samaritanorum religiones, & Chriſtianam devotionem illuc transferendam, ut omnium culturarum ſecretum Heliogabali ſacerdotium teneret . . . . Fertur in Euripis vino plenis Circenſes exhibuiſſe, pallia de cenanthio fudiſſe, & Elephantorum quadrigas in Vaticano agitaſſe, dirutis ſepulcris, quae obſiſtebant, iunxiſſe etiam camelos quaternos ad currus in Circo &c. *Hanc Elagabali inſaniam in eo ma-*

(*a*) In Append. ad Diſquiſitionem I. de S. Calliſto PP. & M., eiuſque Baſilica pag. 323. & ſeq. Romae 1752.

(*b*) Part. 2. tom. 1. pag. 360. & ſeq. Romae 1753.

(*c*) Cap. 23.

maxime, quod pertinet ad Vaticani ſepulcra, cauſſam Calliſto dediſſe putant alio evehendi Apoſtolorum corpora, ne vel Idolorum ſuperſtitione foedarentur, vel ethnicorum manibus foedata, ac diſperſa perirent. Sed cum eiuſmodi opinio nihil ſit aliud quam coniectura, nec ullis valeat auctoritatibus comprobari, nullo ſimiliter pacto contendi, ſtatuique poteſt, eadem corpora a S. Cornelio mox in Vaticanum, viamque Oſtienſem revocata fuiſſe. Contigiſſe hoc quidem Cornelii opera, unius Libri Pontificalis teſtimonio cognoſcimus, qui ob longe remotam aetatem haud tanti eſt momenti, ut omni diſceptatione, ac dubio rem liberet. Iohannes Pearſonius (a), *Antonius Pagius* (b), *aliique Scriptores, qui ſecundam translationem tuentur, totiſque viribus in id incumbunt, ut commemoratum Bucherii Calendarium cum Libro Pontificali concilient, minime verentur aſſerere, quod Liber Pontificalis ea Cornelio aſſignat, quae Sixto II. tribui potius debuerant. At nemo eorum intelligit haec ipſa inter ſe manifeſto pugnare, cum Liber Pontificalis Cornelio translationem e Catacumbis in Vaticanum, & viam Oſtienſem adſcribat, ipſi autem Calendarii ſenſum ſic exponant, ut Sixtus II. is fuerit, qui ſacra corpora e via Oſtienſi, ac Vaticano in Catacumbas tranſtulerit. Quod ſi nonnullis opinari licuit, ea quae in Libro Pontificali narrantur, minime Cornelio, Sixto autem II. adiudicari oportere, qui anno* 257. *poſt Lucium, & Stephanum Pontificali honore auctus eſt; cur & nobis non liceat eadem libertate arbitrari, eam translationis hiſtoriam neque Cornelio convenire, neque Succeſſorum cuiquam, ſed potius ad alium ſpectare ſaeculi II. anteriorem Pontificem, qui SS. Apoſtolorum pignora e Catacumbis, ubi condita per Orientales iacuerant, in Vaticanum, & viam Oſtienſem reduxerit? Nec omni penitus fundamento caret haec noſtra opinio; etenim Liber Pontificalis nil quicquam habet de Orientalibus, eorumque conatu; illud tantummodo memorat in vita S. Damaſi Papae, quod verſibus locum ornaverit, ubi fuerant Apo-*

(a) Annal. Cyprian. ad an. 258. num. 2.

(b) Ad an. 258. num. 3.

Apoſtolorum corpora dum ſervarentur in Catacumbis : Hic [*ita Damaſi vita* (*a*)] fecit baſilicas II. unam B. Laurentio iuxta theatrum, & alteram via Ardeatina (ubi & requieſcit) & in catacumbis, ubi iacuerunt corpora SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli. In quo loco platoniam (*b*) ipſam ubi iacuerunt corpora ſancta verſibus ornavit. *Qui fuerint hi verſus, ſupra iam vidimus, ſimulque animadvertimus, nihil praeter factum Orientalium in illis deſignari. Atqui res ipſa poſcebat, ut verſuum Damaſi memoriae aliqua praeponeretur facti eiuſdem narratio, quam ſuſpicamur eam eſſe revera, quae legitur in vita S. Cornelii; & licet ab aliis Sixto II. tribuatur, veroſimilius tamen videtur ad aliquem pertinuiſſe Pontificem utrique anteriorem, qui SS. Apoſtolorum corpora in Catacumbis opera Orientalium delitescentia, ad Vaticanum rurſus, & viam Oſtienſem reportari curaverit. Et quidem hoc poſito quod vera ſint, quae in vita Cornelii habentur, & a nonnullis perperam tribuuntur Sixto II., illud etiam concedi neceſſe eſt, quod ea Damaſus ignorare non debuit, qui doctus in primis cum eſſet, & rerum eccleſiaſticarum peritus, & centum fere poſt annos Sedem Apoſtolicam tenuit, & ſuis carminibus memoriam Apoſtolorum in Catacumbis notam poſteris ac celebrem reddere aggreſſus eſt. Ad haec omnia illud quoque addi poteſt, quod verba, quibus Gregorius Magnus in ſua narratione eſt uſus, omnem videntur SS. corporum translationem, praeter illam ab Orientalibus factam, excludere* : Tunc autem (*ait ille*) exeuntes Romani, eorum corpora, qui hoc ex Domini pietate meruerunt

(*a*) Tom. 1. pag. 123.

(*b*) *Platoniae*, tabulae marmoreae, vel porphyreticae, ab earum latitudine ita appellatae. Caſſiodorus lib. 3. Var. Epiſt. 9. *Atque ideo praeſenti auctoritate decernimus, ut ſi vera fides eſt ſuggerentium, nec aliquid publico nunc ornatui probatur accommodum ſupra memoratas* platonias, *vel columnas ad Ravennatem civitatem contradat modis omnibus devehendas*. Lib. 11. Hiſt. Miſcell. *platoma* legitur : *Et dominatam Conſtantinopolim appellari ſecundam Romam lege firmavit, ſicut lex ipſa in marmorea* platoma *noſcitur eſſe conſcripta*.

ruerunt, levarunt, & in locis ubi nunc condita ſunt, poſuerunt. *PP. Maurini, qui magni huius Pontificis opera ſummo ſtudio, ac diligentia ediderunt, ad ea verba* in locis ubi nunc ſunt, *aliquid adnotandum putarunt* (a); *cum enim poſterior tranſlatio, quam ipſi fovent, ac ſuſtinent auctoritate moti tum vitae S. Cornelii, tum Romani Calendarii, de quo mox ſermonem habebimus, per ea verba facile excludi, ac refutari poſſet, ita hunc nodum explicatum dederunt*, Gregorium dum ad Conſtantinam ſcriberet, memoria lapſum. *Verum ex iis, quae ſupra expoſuimus, neque Gregorius erravit, neque Damaſus, qui duobus, & amplius ſaeculis ante ipſum floruit, & unius tantum translationis memoriam ſatis claram, apertamque reliquit. In Libro Pontificali alibi mentio, & quidem duplex fit corporum SS. Petri, & Pauli in Catacumbis, ſed nihil prorſus apparet, unde haec poſſit elici ſecunda translatio. In vita S. Leonis III., qui Cathedram Pontificiam aſcendit anno* 795. *hoc tantum legitur; eum nempe duabus veſtibus, ſive operimentis loculos ornaſſe Apoſtolorum in Catacumbis*: Fecit [*en verba* (b)] & ſuper ſepulcrum beati Sebaſtiani martyris via Appia ad Catacumbas veſtes maiores duas: ex quibus unam de ſtauraci, & aliam de fundato, & inibi ſuper tumbas Apoſtolorum Petri, & Pauli veſtes de ſtauraci, & fundato ſeu blatti. *Demum in vita S. Nicolai I., qui Pontifex anno* 858. *creatus eſt, monemur eius iuſſu coemeterion S. Sebaſtiani prope Catacumbas, ubi corpora SS. Apoſtolorum iacuerant, reſtauratum, & in priſtinam formam redactum fuiſſe*. Via autem Appia [*ſic biographus* (c)] de Coemeterio S. Chriſti Martyris Sebaſtiani in Catacumba, ubi Apoſtolorum corpora iacuerunt, quod multis ab annis ruerat, meliori illud fabrica renovans, monaſterium fecit, & monachos ſub Abbatis regimine undecumque potuit, aggregavit. *Praeter Anaſtaſii memorias aliae quoque non deſunt, ex quibus* con-

(a) Tom. 2. Oper. S. Gregorii Papae pag. 710. ac ſeq.

(b) Tom. 2. pag. 269.

(c) Tom. 3. pag. 202.

Digitized by Google

conſtat SS. Petri, & Pauli corpora aliquandiu in Catacumbîs manſiſſe; ſed nulla prorſus earum ſecundae translationis veſtigium oſtendit. In actis S. Sebaſtiani Martyris, qui Romae paſſus eſt anno 303. *haec tantum legimus* (*a*): Tunc B. Sebaſtianus apparuit in ſomnis S. Lucinae cuidam, matronae religioſiſſimae dicens: In cloaca illa, quae eſt iuxta circum, invenies corpus meum pendens in gompho (*b*). Hoc tu, dum levaveris, perduces ad catacumbas, & ſepelies in initio cryptae, iuxta veſtigia Apoſtolorum. *Antiquus Scriptor* (*c*), *qui de Martyris eiuſdem reliquiis in Sueſſionenſe Sancti Medardi monaſterium aſportatis hiſtoriam contexuit, haec ipſa recitans verba, eorum facit Sanctum Ambroſium auctorem*: Alacres [*num.* 23.] ſimul vadunt ad locum non iam ignotum. Siquidem ex ſerie paſſionis eius a Sancto Ambroſio luculenter editae didicerant, milliario tertio ab urbe, loco, qui ob ſtationem navium Catacumbas (*d*) dicebatur, praecepiſſe per viſum eum-

(*a*) Ap. Bolland. die 20. Ian.

(*b*) *In gompho*, vel, ut in aliis documentis legitur, *in gumpho*, nempe in clavo, ſive unco, quemadmodum in Vaticano Codice 1195. acta S. Sebaſtiani referente dilucide explicatur in margine, cum ibi vetuſto charactere notatum legatur *vel unco*. Tertullianus *in Apologet.* animadvertit: *Cervices ponimus ante plumbum, & glutinum, & gomphos*; & Statius 4. *Silv. de via Domitiana*: *Tunc Umbonibus hinc, & hinc coactis, & crebris iter alligare gomphis*. Indicari huiuſmodi verſibus unci illi videntur, qui vulgo *cavalli di Friſia* nuncupantur, & quorum non modo vetus aliquando fuit uſus in bellis, ſed etiam recentioribus hiſce temporibus, vel ad praepediendas equitatui percurſationes, vel ad tuendam aciem in alis, ne qua repentina ex ullo latere fieri poſſit irruptio.

(*c*) Eum Scriptorem tamquam Anonymum, ediderat Bollandus ad 20. Ianuarii: Sed Mabillonius ſaec. IV. Benedict. id opus Odiloni monacho, qui circiter an. 930. floruit, appoſuit.

(*d*) Huius etymologiae ratio haud placuit Alexandro Politi, qui in ſuis *Comment. ad Roman. Martyrolog.* pag. 335. haec notavit: *Hinc igitur* παρὰ τὰς κύμβας τὰ πλοῖα *eruditus ille Scriptor translationis reliquiarum Sancti Sebaſtiani dictas voluit Catacumbas*, ob ſtationem, *ut ait*, navium. *Quae eius etymologiae*

eumdem beatiſſimum Martyrem Lucinae cuidam matronae ſepeliri ſe ad veſtigia Apoſtolorum, Petri & Pauli. *Et num.* 69.

de Ca-

giae ratio penitus falſa. Mihi vero dubium non eſt, quin ἀπὸ τῆς κύμβης *deflexum ſit nomen Catacumbarum; ſed longe alia* τῆς κύμβης *ſignificatione. Non enim* κύμβη *modo navicula quaedam; ſed etiam caput, ſeu pars ſuperior capitis, conchae inſtar, rotunda, hoc eſt calvaria,* τὸ κρανίον. *Unde* κύμβαχος ὁ ἐπὶ κεφαλὴν, *ſive ex Homero,* ὁ ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους. *Euſtathius ad Homerum:* Ἔοικε γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ ὀστρακοδέρμων κύτους ἡ κύμβη λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ κεφαλῆς, κατά τινα γλῶσσαν. ὅθεν καὶ κυβιστᾶν τὸ ἐπὶ κεφαλὴν καθάλλεσθαι. *Etymon vocis Grammaticis* παρὰ τὸ κυφὸν, τουτέστι, τὸ περιφερὲς, καὶ περιαγές. *Sic igitur cenſeo* παρὰ τὸ κύμβη τὸ κεφαλὴ, *quatenus nempe* τὸ κύμβη *caput, ſeu calvariam, ſignificat, inflexum eſſe nomen* Catacumbas. *Ac videntur quidem illi veteres, non compoſitis in unum ſimul nomen vocibus dixiſſe primum* Catacumbas; *ſed vocibus diſtinctis, atque diſcretis,* κατὰ κύμβας hoc eſt, Ad calvarias. *Ita mihi videntur cryptas illas arenarias denotaſſe, eo quod in iis cryptis, propter multitudinem ſepulturum, permagna vis erat calvariarum. Vere de iis cryptis Prudentius:*

Quanta virum iaceant congeſtis corpora acervis,
Noſſe licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defoſſas mole ſub una
Relliquias memini me didiciſſe hominum.
Quorum ſolus habet comperta vocabula Chriſtus,
Utpote quos propriae iunxit amicitiae.

Et ſatis iis erat, quum illas voces dividerent, locum dicere cata cumbas. *Qua ratione in Kalendario Romano antiquiſſimo recte ſcriptum fuerit*, & Sebaſtiani in cata cumbas. ἐν τῷ κατὰ κύμβας. *hoc eſt, in loco cata cumbas; ſeu qui eſt ad calvarias. Et* III. Kal. Iul. Petri in cata cumbas. *hoc eſt,* ἐν τόπῳ τῷ κατὰ κύμβας. *Itaque in Martyrologio ſuo recte ſcripſerit Uſuardus, ſine praepoſitione Latina.* Eodem die, catacumbas, Sancti Sebaſtiani Martyris. *hoc eſt, ad Cumbas, ſive ad Calvarias. Verum, quum ex praepoſitione Graeca, caſuque accuſandi* cumbas, *verbum unum conflaverint* Catacumbas, *idque nominis, Latinorum more, per caſus inflexerint, atque adeo praepoſitio Graeca* κατὰ *vim iam praepoſitionis in nomine illo compoſito amiſerit, adiecta eſt praepoſitio Latina* ad, *ſive* apud, *quae accuſandi caſum* Catacumbas *apud Latinos regeret.*

de Catacumbis haec habet : Dehinc, luſtratis Chriſti martyrum ſepulcris, quorum numeroſitate, atque victoriis urbs Romana ſingulari tripudiat privilegio, pervenit ad Catacumbas, tertio ab urbe milliario, ingreſſuſque Eccleſiam, in qua quondam Beati Petrus, & Paulus Apoſtoli conditi fuerant, ad quorum veſtigia belliger iſte victorioſiſſimus, de quo ſermo texitur, ſe delegaverat ſepeliri, votiva prece diu incubuit. *Rodulphus quoque Monachus Fuldenſis in vita Rabani Mauri Archiepiſcopi Moguntini, qui e vivis exceſſit anno* 856., *ita ſcriptum reliquit* : Populus Chriſtianus accepto corpore B. Quirini martyris, Romam fugit, & ſacras reliquias via Appia, tertio milliario ab urbe, in eccleſia Apoſtolorum, Petri & Pauli, ubi aliquandiu iacuerunt, ſepelivit in loco, qui dicitur Catacumbas. *Demum S. Ado Archiepiſcopus Viennenſis, qui obiit circa annum* 875. *in Chronico ad annum* 364. *eadem narrat de S. Damaſo Papa, quae nos ex Libro Pontificali retulimus; niſi quod verſus praeterit loco appoſitos, ubi corpora fuerant SS. Apoſtolorum. Ait enim* : Damaſus Romae Epiſcopus, fecit baſilicam iuxta atrium S. Laurentio, & aliam in Catacumbis, ubi iacuerunt corpora Sanctorum Apoſtolorum, Petri & Pauli.

Sed iam locum Calendarii Romani a Bucherio publicati expendamus, quo veluti firmiſſimo praeſidio ad alteram SS. corporum translationem comprobandam utuntur. Illum hic rurſus deſcribere, & ob oculos legentium ponere liceat : III. Kal. Iulii Petri in catacumbas, & Pauli Oſtienſe, Tuſco, & Baſſo Coſs. *Huius igitur loci auctoritate altera propugnatur translatio ſecuta, ut putant, ſub Sixti II. Pontificatu. Et ne temporum diverſitas, quae utroque monumento inſpecto, nimis clare ſe prodit, cauſſae, quam ſuſtinent, officere poſſit, hac ſe ratione tandem expediunt, ut velint ad Sixtum II. pertinere ea, quae compilatoris defectu, atque oſcitantia S. Cornelio attributa fuerunt. Nec quamvis contraria planè ſint, ut ſupra indicavimus, quae in Libro Pontificali, & Calendario leguntur, ideo minus placitae ſemel, ac ſuſceptae*

opi-

Digitized by Google

opinioni adhaerent. Itaque Pearſonius (a) ita ſcriptum reliquit: Non de paſſionis, ſed translationis tempore hic agitur.... Idem voluit Geſtorum Pontificalium auctor, ſed Epiſcopos permutavit, ut ſaepe ſolet, & pro Xyſto Cornelium, utpote notiorem poſuit.... Haec igitur trophaea, qualiacumque fuere, in Catacumbas tranſtuliſſe videtur Xyſtus, magis in dies ſaeviente perſecutionis ardore, ut ibi ſtationes tutius haberi poſſent. *Pearſonio ſubſcribit Pagius (b), & cum eo PP. Maurini, qui Gregorii Magni litteras ad Conſtantinam Auguſtam ſunt commentati.* Certe [*ſic Monachi eruditione notiſſimi (c)*] tranſlationem hanc optime probat eccleſiaſticae hiſtoriae peritiſſimus Antonius Pagi ad annum 258., confirmatque ipſius Pearſonii conſenſu, & teſtimonio. *Franciſcus quoque Pagius (d) ubi res geſtas deſcribit Sixti II. Pontificis, hanc ipſam complectitur Pearſonii opinionem, utque alios taceamus, idem ſentit, probatque Antonius Sandinius (e), licet Sixti II. electionem aliter conſignet, & ad annum retrahat Aerae communis* 260. Sixtus II. Athenienſis anno 260. VIII. Kal. Septemb. in Stephani locum ſucceſſit. *Quo conceſſo, ſimulque admiſſa Calendarii nota* III. Kal. Iulii, *non ante, quam anno inſequenti, ſecunda potuiſſet translatio contingere.*

Contra haec nonnulli ex eodem Calendario ſtatuerunt, SS. Petri, & Pauli corpora non ad Catacumbas delata, ſed e Catacumbis ad Vaticanum, & viam Oſtienſem revecta intelligi oportere. Huius opinionis adſertor fuit doctiſſimus Praeſul Franciſcus Blanchinius (f), qui ut rem aptius explicaret, primo declaravit, hiſtoriam aſſutam vitae S. Cornelii Papae, minime ad ipſum, ſed ad Si-

(a) In Annal. Cyprianic. ad an. periodi Iulianae 4971. Chriſti 258. n. 2.

(b) Ad an. 67. n. 4.

(c) Tom. 2. Opp. S. Greg. PP. pag. 710. Pariſiis 1705.

(d) Breviar. Hiſtor. Romanor. Pontif. Tom. 1. pag. 30. Lucae 1729.

(e) In vita Sixti II. pag. 53. Patavii 1739.

(f) Tom. 2. Anaſtaſii pag. 205. & ſeq. in not. ad vit. S. Cornelii.

Digitized by Google

ad Sixtum II. pertinere : Profecto [*eius verba haec ſunt*] hunc iudico unum ex anacromiſmis , quos paulo ante memorabam, irrepſiſſe in breviatores actorum Cornelii , & haſce vitas inde collectas , ſive ex lacunis Catalogorum , ſive ex confuſione geſtorum in perſecutione Decii , & Galli , Valeriano Cenſore , & Decii filii cum Gallo poſt mortem patris Auguſta appellatione potiti , ac in Caeſarem confirmati per Gallum , nec non Voluſiano in Cenſurae munere permanente Valeriano iam Principe , ad quem pertinet Tuſci , & Baſſi Conſulatus , referendus etiam ad Pontificatum Sixti II. *Deinde ſuam proferens in medium ſententiam affirmat , quod S. Cornelius anno 251. ſacra depoſuit in Catacumbis Apoſtolorum corpora* : Sixtus vero II. Tuſco , & Baſſo Coſs. retuliſſe videtur in priſtinam ſedem e Catacumbis , ſcilicet in Vaticanum Reliquias Petri , Pauli vero in praedium Lucinae via Oſtienſi . *Verum longe aliter Iohannes Vignolius* (*a*) *opinatur , qui translationem in Catacumbas a Calliſto Pontifice primitus factam exiſtimat , & reductionem non Cornelii , ſed Sixti II. opera ſecutam contendit , nullumque in Calendario agnoſcit translationis veſtigium* : Sed ut patet , Indiculus iſte corpora Apoſtolorum e Catacumbis levata , ut ait hic Liber Pontificalis [*in vit. S. Cornelii*] neque e Vaticano in eas translata perhibet . *Verum enim vero cum non nihil haeſitationi dent cauſſam ea verba* Petri in Catacumbas , *hoc ipſum aliis ſolerter diſquirendum relinquit* : At quomodo idem Indiculus , qui ſub Xyſto II. corpus B. Petri in Catacumbis , beati vero Pauli in via Oſtienſi exſtitiſſe refert , conciliari cum Libro Pontificali valeat , qui Apoſtoli utriuſque corpora ſub Cornelio e Catacumbis levata fuiſſe narrat , & quis proinde illorum mendax habendus , alii viderint . *Petrus Morettus , quem ſupra memoravimus, ſecundam & ipſe translationem defendit, eamque factam a Calliſto putat ſub die 22.Febr. an.220., revectionem autem S.Cornelio attribuit , qui die 26. Iunii an.250.SS.Apo-*

ſtolo-

(*a*) Tom. 1. Anaſtaſ. in vita S.Cornelii pag.48. & ſeq.

Digitized by Google

ſtolorum corpora Vaticano, viaeque Oſtienſi reddi curaverit. Adverſus autem Pearſonium, & alios quoslibet cum eo ſentientes diſerte negat, ex Calendario argumentum ullum translationis deſumi, aut ſuſtineri poſſe. Ita enim ſcribit (a): Quoties paullo diligentius lego verba, *III. Kal. Iulii Petri in Catacumbas, & Pauli Oſtienſe, Tuſco, & Baſſo Coſs.* ſic ea intelligi debere vix dubito: *Die 29. Iunii, Conſulibus Tuſco, & Baſſo Romae celebratur depoſitio, ſeu feſtivitas S.Petri ad Catacumbas, S.Pauli ad Oſtienſe*: Feſtivitas, inquam, hoc eſt ſolemnis memoria toleratae, [ut ſupra rememoravimus] illa die paſſionis a glorioſis Terrae Principibus. *Ea deinde verba*: Depoſitio, ſeu feſtivitas S. Petri ad Catacumbas, *hoc pacto explicare conatur* (a): An non vero etiam, quare dicto anno [258.] paſſio Petri Romae celebraretur in Catacumbis, Pauli in Oſtienſe? Ita eſt, me iudice, atque ita probante. Quum nec fremente perſecutionis procella Petri merita in Romanos, horumque fervor omitti ſinerent in tam glorioſi eventus rememorationem annuam inſtitutum conventum, dubitandum non eſt, quin ſollicitudo Praeſidentis Eccleſiae intenderit, ut quantum fieri quidem poſſet minore cum periculo, & convenientiae (ſi loqui ſic licet) diſpendio ageretur. Quamobrem, quod minus incertum periculum fore putaret (& merito ſane) accurſuris paſſionis Pauli honorandae gratia ad conditorium Oſtienſe, certiſſimum vero conventuris pro ſtatione agenda ad Vaticanum, uti nihil commutandum cenſuit circa conventum reſpectu Pauli, ita pro celebranda ſtatione in honorem Petri diverſum a Vaticano ſeligendum locum tutiorem, &, ſi exſtaret alicubi, qui Petro prae ceteris congrueret. Selectus propterea prudentiſſime, qui iam pridem tutiſſimum praebuiſſet aſylum Petri, ſociique Reliquiis, poſitus in via Appia, & κατὰ κύμβας appellatus. *Moretti ſententia Ioſepho Blanchinio* (c) *pro-*

(a) Pag. 344.
(b) Pag. 346.
(c) Demonſtr. Hiſt. Eccl. quadripartitae Tom. 1. part. 2. pag. 338. & ſeqq. Romae 1753.

probatur, laudemque meretur etiam iudicio noſtro, propterea quod lucem Calenaario affundit, quamvis ea, quae ad Calliſtum ſpectant, nullam niſi ſimplicis coniecturae vim habeant, & dubia pariter ſint, quae auctoritate Libri Pontificalis de Cornelio aſſeruntur. Ac re quidem vera venerab. Annalium Eccleſiaſticorum Parens Baronius (a) *aeque reiecit quaecumque de Calliſto feruntur nihil reſpectans, quod etiam Onuphrio Panvinio* (b) *placuiſſent. Unicae translationi Annaliſta Magnus adhaeſit, ei nempe, quam S. Gregorius refert, eiuſque ſententia ceteris antetulit Michael Angelus Lualdus* (c), *in eo tamen graviter lapſus, quod Apoſtolorum corpora uſque ad S. Cornelii Pontificatum in Catacumbis iacuiſſe putavit, cum aliunde, teſtante praeſertim Caio Presbytero Romano, ut infra videbimus, luce meridiana ſit clarius, ea circa finem II. ſaeculi in conſuetis locis Vaticani, ac viae Oſtienſis ingentem honoris, & venerationis cultum a Chriſtianis recepiſſe. Unica placuit translatio etiam Danieli Papebrochio* (d), *ſed illam omnino abdicavit, de qua loquitur S. Gregorius. Nam cum legiſſet in Libro Pontificali* (e), *quod S. Anacletus* Memoriam B. Petri conſtruxit, & compoſuit . . . ubi & ipſe ſepultus eſt in pace iuxta corpus B. Petri, *cumque ibidem tradi obſervaſſet, quod & alii vetuſtiores Pontifices ſepulti fuerunt* iuxta corpus B. Petri in Vaticano, *pro veris haec habens, ac reputans, unicae translationi ſub Calliſto factae, & reductioni ſub Cornelio ſecutae calculum facillime appoſuit. De Calendario autem ambigere ſe multum profeſſus eſt, an illius verba ad ſecundam valeant translationem referri*: Poſſunt illa quidem (*ita doctus Hagiographus*) fateor, & faſſi ſumus paragrapho citato, notare Translationem Apoſtolorum ad Catacumbas, atque ad viam Oſtienſem. Verum quae

(*a*) Ad an. 221.

(*b*) De vii. Urbis Eccleſiis cap. 4. pag. 34. & ſeq. edit. an. 1570.

(*c*) De Origine Chriſt. Relig., & propagat. Evangelii in Occidente Tom. 2. lib. 8. cap. 2.

(*d*) Tom. 5. Iunii §. 4. Analector. de SS. Petro, & Paulo pag. 434. Antuerpiae 1709.

(*e*) Tom. 1. pag. 18. edit. Vignolii.

quae cauſſa excogitari poteſt, cur eo tunc potiſſimum tranſlata ſint, & quidem ſecundo, ſaltem Petri in Catacumbas? Cur haec translatio potiſſimum exprimi debuit in Indiculo iſto, ubi ne quidem martyrium ipſum Apoſtolorum exprimitur, aut primae depoſitionis eorum locus? Quae ratio cur Petrus ſolus eo delatus fuerit, ubi prius cum Paulo latuerat, ut ſupponimus; aut certe in eodem cum ipſo fuit loco, antequam illuc Petrus, in praedium Oſtienſe Paulus migrarent? Cur ſeparati fuerunt? Denique quando & per quem rediit in Vaticanum Petrus? Aliquid vel per rimam luminis effunde, ſi vis admittam translationem illam ſecundam in Catacumbas, alioquin faſſurus ſum potius, me non capere quid citata ex Indiculo verba ſignificatum velint. *Eiuſdem opinionis quoad unicam translationem fuit etiam Emmanuel Schelſtrate* (a); *ſed utrum eam fecerint Orientales, an Calliſtus, nil quicquam definiendum putavit; nec aliter ſenſit Canonicus Alexius Symmachus Mazochius ſacra non minus, quam profana eruditione percelebris* (b). *Hic tamen a pleriſque omnibus in eo diſſentit, quod factum a SS. Damaſo, & Gregorio narratum non ante contigiſſe arbitratur, quam ſaeculo III. ineunte, cuius poſt medietatem, ideſt anno* 258. *Sixtus II. Petri corpus in Vaticanum, & Pauli in viam Oſtienſem retulerit. Ac ea quidem, quae in vita S.Cornelii leguntur, eadem ratione ductus, qua ceteri, reſpuit, affirmans vitam illam* ex falſis Cornelii eius Actis pinguefactam; *in hoc autem collocat ſtudium omne, ut oſtendat Gregorii verba*: eo tempore quo paſſi ſunt [*Apoſtoli*] ex Oriente fideles venerunt... tunc exeuntes Romani &c. *quae tempus indicant martyrio proximum, nequaquam eſſe hoc ſenſu accipienda, ſed tamquam rem ſignificent, quae longum poſt temporis intervallum acciderit, idque ob eam cauſſam, quod ipſi veroſimilius videtur Apoſtolo-*

(a) Tom. 1. Antiq. Eccleſiaſt. pag. 428. Romae 1692.

(b) Tom. 3. Comment. in Mar-mor. Neapol. Kalendar. pag. 893. & ſeq. Neapoli 1755.

Digitized by Google

ſtolorum corpora uſque ad initium ſaeculi III. in iis locis intacta permanſiſſe, ubi poſt conſummatum martyrium a Chriſtianis depoſita fuere. Huic autem ſententiae eo magis adhaeret, quod primis duobus ſaeculis omnes Pontifices, praeter Clementem, Alexandrum, Anicetum, & Soterem, iuxta corpus B. Petri in Vaticano *ſepulturam habuiſſe ex Libro Pontificali colligit, inſuperque auctoritate Caii Presbyteri Romani, qui ſaeculo II. in finem vergente affirmabat, quod SS. Petri, & Pauli corpora in ipſis locis, ubi primo recondita fuerant, Vaticano ſcilicet, ac via Oſtienſi colebantur. Ex his poſtrèmo deducit translationem in Catacumbas haud citius fieri potuiſſe, quam circa initium ſaeculi III.; nec reductionem in loca priora inde factam ulli Pontifici melius, quam Sixto II. aſſignari. Ut vero Sixtum eiuſmodi reductionis auctorem conſtituat, Calendario utitur Bucheriano, eaque verba* Petri in Catacumbas *aliis incerta, ac ſubobſcura nova quadam ratione ita ſolerter explicat. Ait enim vocem* Catacumbas *diu indeclinabilem fuiſſe, nec aliud quicquam ſignificaſſe, quam Coemeterium Naumachiae proximum, quae fuit in campo Vaticano, quaeque ſenſim ac facile loco nomen dedit tamquam poſito κατὰ κύμβας, ſive* iuxta cymbas, cumbas, *aut* naviculas: apud naves ob neſcio quam ſcilicet navium ſtationem in proximo ſitam. *Haec fuit Odilonis interpretatio, ut ſupra vidimus; verum ipſe de aliis, diverſiſque omnino Catacumbis ſermonem texuit, quibus nec Tiberis, ut agro Vaticano, nec aliqua Naumachia in proximo eſſet. Huic difficultati occurrens Mazochius dicit, quod celebre cum foret apud Chriſtianos Vaticanum ſepulcrum Principis Apoſtolorum ſub nomine* Catacumbarum, *ſeu loci* ad naves, *hoc ipſum nomen & Coemeterium in via Appia obtinuit, in quod fuerat ſacrum illius corpus translatum*: At poſtquam ab Orientalibus viris ſurreptae Reliquiae, manifeſta vi numinis in eo loco, qui ad ingreſſum Calliſtiani coemeterii pertinet, ſubſtiterunt; appellatio κατὰ κύμβας *Catacumbas* (quae iam ora fidelium occupaverat, quoties Apoſtolica tropaea ſignificare vellent) cum eo quoque loco communicata fuit, in quo ceteroqui cym-

cymbae nullae viſebantur. *Hinc etiam gradu facto concludit, aſſeritque duo tantum Romae coemeteria fuiſſe, quae proprie, ac peculiariter* Catacumbae *vocarentur, nempe Vaticani, & Calliſti, cui nomen poſtea S. Sebaſtiani martyris inditum fuit. Declarat inſuper, admonetque hanc unice Calendario Bucheriano deberi notitiam, quod vox* in Catacumbas *olim pro coemeterio Vaticano ſumeretur, quodque ibidem adnotata translatio illa omnino eſſe debet, quam Sixtus II. fecit anno* 258., *cum Apoſtolorum exuvias e via Appia, penes quam opera Orientalium tranſierant, in priſtina loca revexit, Petri quidem In Vaticanum, ſive* ad Naves, *vel* Catacumbas, *Pauli autem in viam Oſtienſem. Satis haec ingenioſe excogitavit, diſſeruitque Mazochius; at nihilominus fateri debuit, & alia extra Romam coemeteria exſtitiſſe, quae fuerint* Catacumbae *appellata (a).*

Alienas huc uſque opiniones retulimus; tempus eſt iam, ut quoniam argumentis e Polemio Silvio, & S.Cornelii vita deductis ample reſpondimus, quae ſit noſtra ſententia ſuper hoc ipſo Calendario proferamus. Ac primo unicam translationem e Vaticano, & via Oſtienſi ad Catacumbas admittimus; eam nempe, quam innuunt SS.Damaſus, & Gregorius, ita tamen, ut paullo poſt martyrium, & non circa ſaeculi III. initium facta intelligatur. Neque hoc auctoritati repugnat Caii Presbyteri, qui nihil aliud voluit, praeſumſitque, quam loca oſtendere, ubi aevo ſuo Apoſtolorum corpora ſervabantur, vereque aſſeruit iis eſſe in locis, ubi primum depoſita fuerant, cum explorata res ſit, non alio e Cata-

cum-

(a) Iohannes Diaconus in Sancto Fortunato Epiſc. Neapol. Catacumbam (ſive *Catatumbam*, ut in eius codicibus legitur; ſicuti etiam in aliquibus S.Gregorii M. *lib* 4. *ep.* 30. quaſi *iuxta tumbas*) in baſilica Stephania agnoſcit: *In caput*, inquit, *Catacumbae*. Sed & Acta S.Iſidori Agricolae apud Du-Cangium v. *Catacumbae* ſic habent n. 28. *Ipſum trahentes duxerunt ad B.Iſidori Catacumbam*. Videatur Canon. Marcus Antonius Boldettus lib. 2. *Oſſervazioni ſopra i Cimiterj de SS.MM.* pag. 586. & ſeqq., qua parte agit de coemeteriis extra Romam, ubi plurima huiuſmodi affert, quibus hodie etiam *Catacumbarum* nomen vulgo haeret.

cumbis, quam ad antiquas viae Oſtienſis, & Vaticani ſedes rediiſſe. Quidquid contra diſputetur, nimia, ut credimus, violentia ſit tum S. Gregorii verbis, tum S. Damaſi carminibus, quae tempus arctis limitibus circumſcribunt, & unicam translationem indigitant, in qua Chriſtianos tantum Romae degentes ſacris corporibus in Vaticanum, & viam Oſtienſem reportandis operam collocaſſe videmus: Tunc autem, *ait S. Gregorius*, exeuntes Romani eorum corpora &c. *& S. Damaſus*:

Roma ſuos potius meruit defendere cives.

Nam ſi quae alia poſt hanc translatio fuit Calliſti, Cornelii, aut Sixti II. temporibus, quomodo eam Damaſus ignoravit, qui nonniſi poſt centum annos, aut paullo plus ad Cathedram Apoſtolicam evectus eſt, atque omnia iccirco noſſe debuit, quae ad eximium Romanae Eccleſiae theſaurum, Petri ſcilicet, & Pauli corpora ſpectabant? Eius igitur in hac re ſilentium tanti eſt, ut omnes penitus diverſas ſententias excludere videatur. Verum de Calendario quid fiet? Nihil valebit eiuſdem auctoritas? Iam vidimus quam varie de illo opinentur Scriptores. Nos utramque a Moretto, & Mazochio prolatam, eo quod ſupra ceteras lucem aliquam praebent, amplectemur, ſed ita, ut e duabus una tantum exſurgat, quam eruditis Lectoribus diſcutiendam proponimus. Morettus Calendarium hoc pacto explicat: Die 29. Iunii Conſulibus Tuſco, & Baſſo Romae celebratur depoſitio, ſeu feſtivitas S. Petri ad Catacumbas, S. Pauli ad Oſtienſe; *ac mox addit, ea verba* Petri in Catacumbas, *ideo notata ibi legi, quia forſan Chriſtiani anno* 258. *tuto haud poterant ad feſtum D. Petri celebrandum in Vaticano congregari, neceſſitaſque poſcebat, ut illud occulte peragerent in Catacumbis, ubi ſacrum Apoſtoli corpus diu reconditum, aſſervatumque iacuerat. Contra Mazochius, etſi Calendarii verbis translationem ſignificari non dubitet; ſub ea tamen phraſi nil aliud intelligi oportere contendit, quam Vaticanum D. Petri ſepulcrum, in quo primum tumulatus, ac deinde repoſitus eſt anno* 258. *Ex duplici hac explicationis ratione tertia conſurgit aliquanto clarior, ac melior iudicio noſtro, nempe*: Die 29.

Iunii

Iunii Conſulibus Tuſco, & Baſſo Romae celebratur Depoſitio, ſeu feſtivitas S. Petri in Catacumbas (*in Vaticano*) S Pauli ad Oſtienſe. *Quae Mazochius ad vocem* Catacumbas *propoſuit, diſſeruitque, minime abſurda dici poſſunt, cum plane conſentiant cum iis, quae ſaeculo X., ut vidimus, Odilo ſcripſit. Utinam erui vetuſtum aliquod monumentum contingeret, quo liquido poſſet demonſtrari eam Vaticani partem, cui proxima Naumachia fuit,* Catacumbas, *vel* ad naves *vocatam antiquitus fuiſſe. Multo certe probabilior tunc eſſet vocis huiuſce applicatio ad ipſum in via Appia locatum Calliſti coemeterium. Praeterea dignum obſervatione illud eſt, quod addit Mazochius, in Calendario Bucheriano, quod ſaeculo IV. ſcriptum fuit, ideo memoriam SS. Apoſtolorum inſertam videri, ut omnibus notum eſſet tempus, & loca, in quibus ſtatio a fidelibus in eorum cultum, atque honorem celebranda foret*: Quum igitur [*inquit*] IV. ſaeculo (quo hoc laterculum ſcriptum fuit) certum ſit, Petri reliquias in Vaticano fuiſſe; ibi etiam ſtatio fuerit neceſſe eſt. Itaque *τὸ in Catacumb.* non aliud quam Vaticanum Petri conditorium notat. Nam certe in toto hoc laterculo ibi ſtatio futura annuntiatur, ubi corpus requieſcebat: excepto Cypriano; de quo ſic ſcribitur: „ *XVIII. Kal. Oct. Cypriani Africae: Romae celebratur in Calliſti*: ubi verbum *celebratur* ſatis oſtenditur in omnibus aliis eſſe ſupplendum, quia ſemper de loco ſtationis agitur. *Cum praeter Calendarium Bucherianum, nemo, quod ſciam, veterum Scriptorum Catacumbas expreſſe nominaverit, primuſque fortaſſe omnium id fecerit Gregorius Magnus in litteris ad Conſtantinam Auguſtam* (*a*), *hinc varie opinantium diverſitas emanavit. Quin &*

D 2 *ipſi*

(*a*) Vox *Catacumbas* reperitur etiam in catalogo Romanorum Pontificum in vita Cornelii Papae, quem ex codice bibliothecae Chriſtinae Svecorum Reginae primi ediderunt Godefridus Henſchenius, & Daniel Papebrochius in Prolegomenis ad *tom. 1. April.*, quemque tempore Iuſtiniani Imp. conſcriptum fuiſse putarunt: finem namque facit in Felice .V., qui Iuſtiniano imperante an. 530. obiit. Eumdem catalogum Emanuel Schelestrate iterum publicavit,

ipſi aliquoties dubitavimus, *an vox* in Catacumbas *tota*, *& per extenſum*, *uti dici ſolet*, *in autographo Calendarii textu legeretur*. *Bucherius*, *qui primus Calendarium hoc pleriſque omnibus vetuſtius in lucem protulit*, *de eo ſic loquitur* (*a*): Tertium igitur opuſculum parvi inſtar Martyrologii, Romanorum aliquot epiſcoporum, tum martyrum quorumdam depoſitionem complectitur, per omnes menſes, excepto Aprili. *Locus*, *de quo ambigitur*, *ita ab eo editus eſt*: Tertio Kalendas Iulii Petri in Catacumbas, & Pauli Oſtienſe, Tuſco, & Baſſo Coſs. *Verum hanc ipſam fuiſſe Codicis ſcripturam*, *plurima*, *quae in Bibliothecis inſpeximus Calendaria*, *ac Martyrologia antiquis characteribus deſcripta valde ambigere*, *ſeu potius refragari me cogunt*. *Compendioſe ſcriptum notis brevioribus ubique oportuit eſſe*, *ut cetera ſunt huiuſmodi Calendaria etiam marmorea*, *quale eſt Neapolitanum illud a Mazochio illuſtratum*, *& alterum peculiare unius baſilicae*, *quod Romae exſiſtit in porticu eccleſiae S. Silveſtri in Capite*, *quod penes Iohannem Vignolium* (*b*) *legi poteſt*. *Haec mihi reputanti magna ſuſpicio oritur*, *vocem* in Catacumbas, *de qua eſt quaeſtio*, *ita compendioſe ſcriptam* IN CATA., *ſive* IN CATAB., *vel* IN CATABS. *in codice Bucheriano fuiſſe*, *ac proinde aliam omnino explicationem requirere*. *Quo poſito Bucherius hanc ſiglam non* in Catacumbas, *ut fecit*, *ſed* in Catabaſio, *vel* Catabatico *exponere debuiſſet*. *Hac via omnis*, *quae adeo Papebrochium exercuit*, *difficultas evaneſceret*, *nec amplius ea repugnantia obſiſteret*, *qua per Calendarii verba* Petri in Catacum-

vit, illuſtravitque *Tom. 1. antiq. Eccleſ. pag. 354. & ſeqq. Romae 1692.* Textus *Catacumbas* referens eſt huiuſmodi, concinitque iiſdem fere verbis cum altero ſuperius allato Libri Pontificalis: *Hic* (Cornelius) *temporibus ſuis rogatus a quadam matrona*, *corpora Apoſtolorum beati Petri*, *& Pauli de catacumbis levavit noctu*, *primum quidem corpus B. Pauli acceptum beata Luciana* (al. Lucina) *poſuit in praedio ſuo via Oſtienſi iuxta locum*, *ubi decollatus eſt*. *B. Petri Apoſtoli accepit corpus B. Cornelius epiſcopus*, *& poſuit iuxta locum*, *ubi crucifixus eſt &c.*

(*a*) Pag. 267.

(*b*) Tom. 1. Libri Pontificalis.

tacumbas, & Pauli Oſtienſe *una ſimul admitti*, *excludique videtur translatio*. *Neminem latet*, *qui paullo ſit in hiſtoria Eccleſiaſtica verſatior*, *loca martyrum ſepulcris decorata* Martyrii, *ſeu* Confeſſionis *nomine appellari conſueviſſe*: *interdum tamen & καταβάσια*, *ſeu* deſcenſus *vocabantur*, *ex eo quod ſcalis in Martyrium deſcendere oporteret*. *En quomodo Sozomenus* (a) *de inventione SS. Quadraginta martyrum ſermonem habens*, *buiuſmodi Confeſſionem deſcribit*: Mulier quaedam, Euſebia nomine, Diaconiſſa ſectae Macedonianae, aedes & hortum habebat haud procul a moenibus urbis CPolitanae. Illic ſacras reliquias cuſtodiebat quadraginta militum illorum, qui olim regnante Licinio martyrium perpeſſi erant Sebaſtiae. Quae cum moritura iam eſſet, ſupradictum locum monachis eiuſdem ſectae reliquit, & iureiurando eos obſtrinxit, ut ipſam illic ſepelirent, ac ſupra caput in ſumma parte loculum ipſius ſeparatim inciderent, & martyrum reliquias una cum ipſa deponerent. Ac monachi quidem id quod mandatum erat, fecerunt. Verum ut martyres debito cultu afficerentur, & res nihilominus, ſicuti Euſebiae polliciti fuerant, extraneos lateret, oratorium ſub terra circa mulieris tumulum aedificarunt: ſuperne vero habitaculum conſtruxerunt, cuius ſolum coctis lateribus conſtructum erat, atque ex eo deſcenſum (καταβάσιον) occultum ad martyres. *Praeter Sozomenum*, *& alios pronum eſſet Scriptores adducere*, *qui martyrum* Confeſſionibus *eamdem ſtructurae formam aſſignant*. *Sed ne Graecis tantummodo monumentis agamus*, *unum libet Latinum proferre rei noſtrae prae ceteris aptum*, *atque opportunum*. *Inſcriptio haec eſt apud Fabrettum vulgata* (b), *cui declarandae primo Mazochius*

(a) Hiſt. Eccleſ. lib. 9. cap. 2. pag. 342. Auguſtae Taurinorum 1747.

(b) Antiquar. Inſcript. cap. 8. num. 26. pag. 556.

chius (*a*), *deinde Eduardus Corſinius* (*b*) *operam erudite navarunt*. *Eam Fabrettus ſic retulit*:

QVORO SVN NOMI
NAE MASIME
CATIBATICV
ISECVNIV
MARTVRE (*c*) ☧
DOMI IN V
CASTVLV ISCALA

Mazochius explicavit hoc modo: Iſtud Fabretti fragmentum complectebatur forſan indiculum eorum Martyrum, qui in ea crypta celebriores erant, cum locorum uniuſcuiuſque deſignatione in hunc modum „ *Quorum ſunt nomina*: *Maxi-* „ *mae in Catabatico* [ſeu deſcenſu] *ſecundo*, *martyris Domi-* „ *ni*: [item] *Caſtuli in Scala* „ ſequebatur ſcalae deſignatio, & porro cetera. *At Corſinius aliter ſenſit*, *expoſuitque*, *ut ſequitur*: „ Coraſion [*Puella*] nomine Maxima [*hic iacet*] Catabatico [*in deſcenſu*] in ſecundum martyrion [*martyrium vel* „ *coemeterium*] Domini Caſtuli in Scala. „ *Iohannes Iacobus Reiskius in ſuis commentariis ad libros Conſtantini Porphyrogeniti* de Cerimoniis Aulae Byzantinae (*d*), *tertiam eiuſdem lapidis expli-*

(*a*) Tom. 1. Comment. in vetus marmor. Neapolitanae Eccl. Kalendar. pag. 103. Neapoli 1744.

(*b*) Notae Graecorum collectae &c. Diſs. 2. pag. 27. Florentiae 1749.

(*c*) In veteribus monumentis MARTVRA, MARTORA, MARTVA corrupte ponitur pro MARTYR. Quin MARTVRA, tum etiam MARTYRA, in recto muliebris generis, tam pro nomine proprio, quam pro ſtrenuitatis titulo adhibetur. Qua ratione etiam TVRTVRA legitur in titulo ſepulcrali apud Boldettum *lib.* 2. *pag.* 544.

(*d*) Pag. 68. Lipſiae 1751.

explicationem longe diverſam excogitavit, *quam hic ſuis verbis apponimus* „ Coraſii [*puellae*] nomine Maximae martyrae [*ideſt* „ *Martyriſſa*] Domini Ieſu Chriſti Caſtulu [*ideſt apud Caſtu-* „ *lum nomen loci*, *ubi depoſita eſt*, *Caſtulu graeca terminatio-* „ *ne* Καςελυ *pro Caſtuli*] in Scala Catabatici [*confeſſionis*] ſe- „ cundi. *Appellabantur autem confeſſiones*, *non quod ibi pecca-* „ *ta confiterentur*, *ſed quod reliquiae confeſſorum ibi ſitae eſſent*. *Quamquam Inſcriptio haec varie*, *ut vidimus*, *a doctis his viris explicata fuerit*, *omnes tamen in eo conſentiunt*, *ut vocem* CATIBATICV *per* deſcenſum *exponant* (*a*). *Hinc Reiskius recte adnotavit* (*b*): Catabaſium puto idem eſſe, atque quod Latinis *Confeſſio*, cella ſacra, ad quam per gradus deſcenditur a piis devotionem peracturis. *Talem fuiſſe a primis temporibus D. Petri ſepulcrum in Vaticano nemini dubium eſſe debet*, *noſque infra oſtendemus*. *Itaque ſiglis*, *ſeu vocum compendiis*, *quemadmodum opinari fas eſt*, *in Calendario Bucheriano admiſſis*, *ita poſſent eius verba explicari*: Die 29. Iunii Conſulibus Tuſco, & Baſſo Romae celebratur depoſitio, ſeu feſtivitas S. Petri in Catabatico [*ideſt in Confeſſione*], & Pauli Oſtienſe (*c*). *Quomodo-*

(*a*) Boldettus *lib.* 2. *pag.* 538. de coemeterio loquitur ad viam Corneliam ſito, atque *ad Nymphas Catabaſſi* denominato in actis SS. martyrum Marii, ac Marthae, eorumque filiorum apud Arringhium: *Qui cum ducti fuiſſent via Cornelia milliario XIII. ad Nymphas Catabaſſi*, *ibi in eodem loco decollati ſunt ſub arenario Marius*, *Audifax*, *& Abacus*. *Martha vero in Nympha necata eſt*. Vocabulum porro illud *Catabaſſi* explicandum eſſe quaſi *deſcenſum*, e ſuperius adnotatis patet.

(*b*) Lib. cit. pag. 83.

(*c*) Notatione dignum videtur, quod textus Calendarii a Bucherio editi notus etiam fuit Adoni Viennenſi Archiepiſcopo, qui ſaeculo IX. ſuum confecit Martyrologium, & peculiarem libellum *de Feſtivitatibus SS. Apoſtolorum*, *& reliquorum*, *qui diſcipuli*, *aut vicini*, *ſucceſſoreſque ipſorum Apoſtolorum fuerunt*. Verumtamen reperire haud ſcivit ullum translationis indicium; quinimo ſcriptum fuiſse putavit in memoriam martyrii Apoſtolorum Petri, & Pauli, non ſine gravi errore cenſens, illud ſub Baſso, & Tuſco Coſs. accidiſſe: nec de Catacumbis umquam meminit, idcirco

modocumque tamen haec ſint, nihil ad rei ſummam conficiunt; modo illud conſtet, unicam tantum ſententia noſtra ſacrorum corporum in Catacumbas translationem admitti debere, quae paullo poſt martyrium contigerit, ac proinde unicam etiam in priſtina loca reductionem, in Vaticanum ſcilicet, ac viam Oſtienſem.

Nunc de Confeſſione, *ſeu de Vaticano D. Petri ſepulcro ſermo eſt habendus. Iam ſatis ſuperque oſtendimus illum poſt fidem, quam primus Apoſtolorum praeſetulit illuſtri confirmatam martyrio, ſepultum in Vaticano fuiſſe, eodemque reductum e Catacumbis,*

circo fortaſse, quia in textu, qui ſibi praeſto fuit, huiuſmodi nomen haud inerat; ſed alterum, quod nos arbitramur indicativum loci ſepulrurae in Vaticano, quod eo maiorem poſtulat animadverſionem, quo magis Adon, ut vidimus, in ſuo Chronico ad annum 364. memorat Catacumbas, ubi SS. Apoſtolorum corpora iacuerunt. En ſui Martyrologii locus: *III. Kal. Iulii Romae natalis beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, qui paſſi ſunt ſub Nerone, Baſſo, & Tuſco Conſulibus .... ſepultus* (S. Petrus) *in eadem urbe, in Vaticano, iuxta viam triumphalem, totius orbis veneratione celebratur .... ſepultuſque eſt* (S. Paulus) *in via Oſtienſi*. Uſuardus natione Gallus, & Monachus Benedictinus S. Germani Pariſienſis codem ſaeculo IX. anno circiter 870. aliud Martyrologium concinnavit, nec ſecus opinatus eſt, ac Calendarii locus, quem ad martyrii memoriam retulit, ſentiens id contigiſse *III. Kal. Iulii*, Baſso, & Tuſco Conſulibus. Tertium quoque Martyrologium hoc eodem ſaeculo compactum fuit anno circiter 894. a Notkero cognominato Balbulo, S. Galli Monacho, iſque etiam cum ſuperioribus Martyrologiis ſenſit, aut in textu Calendarii monumentum agnovit, quod indicarit, martyrium SS. Apoſtolorum contigiſſe *III. Kal. Iulii* temporibus Neronis ſub Conſulibus (hic error) Baſſo, ac Tuſco. *Vid. Tom. 2. part. 3. Lect. antiq. Henric. Caniſii p. 147. Amſtelodami* 1725. In Martyrologium Ottobonianum apud Dominicum Georgium *in Appendic. ad Martyrolog. Adonis pag.* 682., qui illud arbitratur ſcriptum ſaeculo circiter X., alia confuſio irrepſit, non a Bucheriano Calendario exorta, ſed eo quidem, quod legit auctor penes fortaſſe S. Gregorium, corpora nimirum SS. Apoſtolorum aliquandiu in Catacumbis exſtitiſse. Hic textus: *III. Kal. Iul. Romae, nat. Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Petri in Vaticano, Pauli in via Oſtienſi. Utrumque* (ſic) *in catacumbas. Paſſi ſub Nerone.*

bis , ubi aliquandiu ſervatus permanſerat . De hoc igitur ſepulcro , eiuſque vario poſt tot ſaecula ſtatu ea ſuperſunt dicenda , quae ad noſtram uſque memoriam venerunt . Ac ſtatim illud notandum occurrit , primaevos Chriſtianos , cum ſuos viderent fortiſſimos milites nulla corporis tormenta , aut genera mortis acerbiora pro Chriſti fide adſerenda refugere , ſuum pietatis , ac religionis officium in primis duxiſſe , ut eorum corpora ethnico furori , contumeliaeque ſubtracta , & decentiſſime , ut poterant , humata cuſtodirent (a).

E Hinc

(a) Vehemens fuit ſtudium , quod Chriſtianorum perſecutores in id contulerunt , ut SS. martyrum corpora delerent . Hinc inhibere iis etiam propoſuerunt illius ſepulturae iura , quam apud omnes Nationes ſacram , ac religioſam , ut fert Lactantius *lib.6. Inſtitut.*, ne Ethnici quidem illorum cadaveribus denegarunt, qui publico ſupplicio affecti eſſent : de quo legem tulit Diocletianus Imp. *l. Obnoxios* 2. *Cod. de relig. & ſumpt. funer.* iis verbis : *Obnoxios criminum digno ſupplicio ſubiectos ſepulturae tradi non vetamus* . Apud Prudentium ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ in Hymno in laudem S. Vincentii martyris , Tyrannus excandeſcens ait :

Sed reſtat illud ultimum
Inferre poenam mortuo ,
Feris cadaver tradere ,
Canibuſque carpendum dare .
Iam nunc & oſſa extinxero
Ne ſit ſepulcrum funeris ,
Quod plebs gregalis excolat ,
Titulumque figat martyris &c.

O TEMPORA INFAVSTA (ita in epitaphio S Alexandri martyris, qui Imperatore Antonino paſſus eſt, ap. *Boldett. lib.1. pag.232.*) QVIBVS INTER SACRA ET VOTA NE IN CAVERNIS QVIDEM SALVARI POSSIMVS . QVID MISERIVS VITA SED QVID MISERIVS IN MORTE CVM AB AMICIS ET PARENTIBVS SEPELIRI NEQVEANT . Haec eadem tum plane fuit Ethnicorum mens , cum incenderunt Acta martyrum , ſed *ſolemnium* , ſcilicet martyrum , qui ſervata legitima quaeſtione damnabantur , non vero illorum , qui vel concitato populi tumultu, vel generali quodam Tyranni iuſſu celerius erant de medio ſublati , ut Tertullianus ſcribit *in Apolog. cap.* 37. & 40. Quae porro iudicandi ratio tam exlex , ac turpis viſa eſt Serenio Granio , ſive Graniano Aſiae Proconſuli , ut , antequam e ſua provincia decederet , graviſſimas de re litteras ad Hadrianum Imp. miſerit , ob quas memor Imperator illius , quod iam acceperat in libris ſibi pro Chriſtianis a Quadrato Athenarum Epiſcopo , atque ab Ariſtide Philoſopho oblatis, in id adductus eſt , ut , lato anni 126. decreto , Minucio Fundano Serenii ſucceſſori ſevere praeciperet : *Ne*

quis

Hinc eorum mos reponendi martyres peculiaribus loculis, conſtruendique ſuper parvas aediculas, ne lapſu temporis eorum memoria inter-

quis poſthac ſine obiectu criminis, & legitima accuſatione condemnaretur; quemadmodum apud Euſebium legitur *Hiſt. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 8. Tanta quidem immanitas adverſus ipſa SS. martyrum corpora non alio ſpectabat, ut legitur in Actis S. Sebaſtiani, quam *ne forte Chriſtiani eum ſibi martyrem faciant*, vel, ut iiſdem in Actis de S. Zoe ſcriptum eſt, *ne faciant ſibi illam Deam*: quod quidem ſatis aperte declarat, vetuſtiſſimum fuiſſe ritum perhibendi cultus SS. martyribus, vel exſtruendis ſuper eorum ſepulcra Titulis ſeu Oratoriis, vel annua recolenda illorum natalitii diei memoria. Ammianus Marcellinus *lib.* 22. *cap.* 11 ſimile fere factum enarrat, ſed ea perſpicuitate, ut de veterrimo huiuſmodi ritu minime dubitandi ſit locus. Fert itaque Ammianus, narrationem habens de Dracontio, atque Diodoro martyribus, quod magna Ethnicorum copia *cadavera peremptorum camelis impoſita vexit ad littus; iiſdemque ſubito igne crematis, cineres proiecit in mare, id metuens, ut clamabat, ne collectis ſupremis, aedes illis exſtruerentur ut reliquis, qui deviare a religione compulſi, pertulere cruciabiles poenas, ad uſque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, & nunc martyres appellantur*. Morem hunc vetuſtiſſimum Eunapius Sardianus in Aedeſii vita confirmat, licet in ſanctiſſimos monachos inique invehatur, quod in pagano, & fidei veritatis hoſte ferendum eſt: *Iidem poſtea in ſacra loca invexerunt monachos ſic dictos, homines quidem ſpecie, ſed vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo infinita, atque infanda ſcelera committebant, quibus tamen pietatis pars videbatur, ſacri loci reverentiam proculcare: nam ea tempeſtate quivis atram veſtem indutus, quique in publico ſordido habitu ſpectari non abnuebat, is tyrannicam obtinebat auctoritatem; in eam virtutis opinionem venerat id genus hominum, de quibus etiam dictum eſt in univerſae hiſtoriae commentariis. Illi ipſi monachos Canobi quoque collocarunt, ut pro diis qui animo cernuntur, ſervos & quidem flagitioſos divinis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cultum, caerimoniaſque obligatis: ii namque condita, & ſalita eorum capita, qui ob ſcelerum multitudinem a iudicibus extremo ſupplicio fuerant affecti, pro divis oſtentabant; iis genua ſubmittebant, eos in deorum numero receptabant, ad illorum ſepulcra pulvere ſordibuſque conſpurcati: in his nonnulli martyres, diaconi alii, & legati, arbitrique precum, petitionumque apud deos nominabantur, cum fuerint ſervitia infida, & flagris peſſime ſubacta, & quae cicatrices ſcelerum, ac nequitiae veſtigia corporibus circumferrent: eiuſmodi tamen*

intercideret : *Huiuſmodi aedificia in vetuſtis monumentis* Martyria, Confeſſiones, Memoriae &c. *appellantur*, *illaſque ſic deſcribit*, *ac laudat S. Auguſtinus* (*a*): Non ob aliud vel Memoriae, vel Monimenta dicuntur ea, quae inſignia fiunt ſepulcra mortuorum, niſi quia eos, qui viventium oculis morte ſubtracti ſunt, ne oblivione etiam cordibus ſubtrahantur, in memoriam revocant, & admonendo faciunt cogitare: nam & Memoriae nomen id apertiſſime oſtendit, & Monimentum eo quod moneat mentem, ideſt admoneat, nuncupatur. *In his* Memoriis *ſupra martyrum loculos aras imponi conſueviſſe idem S. Doctor teſtatur iis verbis* (*b*): Populus Chriſtianus Memorias martyrum religioſa ſolemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atque orationibus adiuvetur: ita tamen ut nulli martyrum, ſed ipſi Deo martyrum ſacrificemus, quamvis in memorias martyrum conſtituamus altaria. *Et alibi* (*c*): Nos autem martyribus noſtris non templa ſicut Diis, ſed Memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt ſpiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus, ſed uni Deo & Martyrum, & noſtro ſacrificium immolamus. *Ex hac conſuetudine ritus procul dubio defluxit*, *ut nulla ſine martyrum reliquiis neque ara*, *neque templum conſecraretur*, *iſque ritus a Romana Eccleſia ad alias omnes cito tranſivit* (*d*). *Haec omnia tamen primis temporibus nonniſi*

 caute,

men deos fert tellus. *Illud itaque providentiae Antonini exiſtimationem ſummopere adauxit*; *quod palam apud omnes praedixerat templa in ſepulcra converſum iri*.

(*a*) De cura pro mortuis gerenda cap. 4.

(*b*) Lib. 20. cap. 21. contra Fauſtum Manichaeum.

(*c*) Lib. 22. cap. 10. de Civ. Dei.

(*d*) Ad rem hanc appoſite S. Ambroſius in ep. 52. *Cum ego*, ait, *baſilicam dedicare vellem*, *multi tamquam uno ore interpellare coeperunt dicentes*: *ſicut in Romana*, *ſic baſilicam dedices*. *Reſpondi*: *faciam ſi martyrum reliquias invenero*. Ita ille ad Marcellinam.

caute, & occultis in locis metu perſecutorum fiebant (a), *& arae non ſemper lapideae, & ſtabiles, ſed ligneae, & temporariae, ſeu amovibiles erant.*

Itaque Princeps Apoſtolorum in Vaticano prope locum martyrii conditus fuit, occulte quidem & infra ſolum, ſed ita tamen ut ſepulcrum adiri poſſet, cum ex veteribus monumentis appareat ipſum celebre confeſtim evaſiſſe; & illuc Chriſtianos e longinquis properaſſe regionibus, ut D. Petri patrocinio opem a Deo implorarent. Martyrologium Romanum (b) *haec habet de S.Mauro*: qui ex Africa veniens ad ſepulcra Apoſtolorum ſub Numeriano Imp., & Celerino urbis Praefecto agonizavit; *& alibi de Paterno martyre* (c) *ſimilia bis memorat*: Alexandria Romam veniens ad Apoſtolorum Memorias a Tribuno comprehenſus in vinculis expiravit. *Apud Ven. Cardinalem Thomaſium* (d) *in pervetuſto Antiphonario haec de nobilibus Perſis coniugibus, ac martyribus Mario, & Martha leguntur*: Nos ſervos, & Apoſtolos eius venimus exorare. *Eadem narrat Martyrologium*

(a) Hanc ob cauſſam veteres Chriſtiani, ut ſacra myſteria, & ſepultorum oſſa Gentium inquiſitioni, inſultibuſque inviderent, non ſolum aenigmaticis illis vocibus *Accipiendi*, *Percipiendique*, *In Pace*, *Depoſitus*, *Reddidit*, *In Fide conſtitutus &c.* tum & ſignis *Monogrammatis*, *Navis*, *Palmae*, *Columbae*, *Piſcis &c.* uſi ſunt; ſed & myſticam dierum ſupra XXX., ac menſium ultra XII. numerationem, quibus vitae annos a baptiſmate diſtinguebant, quae omnia ad Arcani diſciplinam referuntur: & quandoque etiam, ut ſecurius oſſa laterent, Ethnicum aliquem loquendi morem in ſepulcralibus monumentis adſectarunt. Ut de hac re aliquod exemplum proponam, inſtar omnium ſit ſequens. Antonius Maria Lupus *in epitaph. Severae M. pag.* 105. ex Muſaeo Kircheriano refert tabellam coemeterialem, in qua ſimul cum ſolemni apud Chriſtianos formula IN PACE ſacrilega illa ceteroquin, & impia dedicatio DIS MANIBVS exſtat. En inſcriptionem:

DIS MANIBVS PRINCI
PIO FILIO DVLCISSIMO SVO PO
SVIT QVI VIXIT ANNIS VI. DIES
XXVII IN PACAE (ſic)

(b) Ad diem 22. Novemb. in not. Baronii.

(c) Ad diem 21. Auguſti.

(d) Tom. 4. Opp. pag. 60.

logium Adonis (*a*): Romae natalis ſanctorum martyrum Marii, & Marthae cum filiis ſuis Audifax, & Abacuc, nobilium de Perſida, qui ad orationem venerant Romam tempore Claudii Principis.

Quis autem primus Memoriam *conſtruxerit ſuper D. Petri ſepulcro ignota plane res eſt, niſi auctoritatem ſequi velimus tum Catalogi Romanorum Pontificum ſaec. VI. exarati, anno circiter* 530., *quo obiit Felix IV.* (*b*); *tum Libri Pontificalis* (*c*), *in quibus ſtatuitur opera id factum Sancti Anacleti Papae, dum eſſet Presbyter*: Hic Memoriam beati Petri conſtruxit, dum presbyter ordinatus fuiſſet a beato Petro. *Exploratum nihilominus eſt a ſecundo uſque ſaeculo exſtitiſſe; idque nos facile ſeriem temporum chronologicam exhibendo oſtendemus. Haec illa eſt* Memoria, *quae frequentius poſtea* S. Petri Confeſſio, *ſive* Martyrium *vocari coepit* (*d*), *quamvis interdum & alia nomina, ut* So-

(*a*) Ad diem 20. Ianuarii.

(*b*) Schelestrat. antiq. Eccleſ. Tom. 1. pag. 406.

(*c*) Tom. 1. pag. 18.

(*d*) Liceat hic adnotare, *Martyrium* interdum fuiſſe ſumptum ad totum templum, non ad partem tantum eiuſdem ſignificandam. Euſebius *lib.* 3. *vit. Conſtantini cap.* 48. ſcribit hunc Imperatorem Byzantium maximis Martyriis decoraſſe; & in Actis Concilii Chalcedonenſis expreſſum legitur, fuiſſe celebratum *in Martyrio ſanctiſſimae, & pulchrae, victricis, & martyris Euphemiae.* Laodicena Synodus *Can.* 9. interdicit ingreſsum *in Martyria haereticorum.* Hinc ſatis dilucide Walafridus Strabo *de reb. Eccleſ. cap.* 6. ſcriptum reliquit, quod *Martyria vocabantur Eccleſiae, quae in honorem aliquorum Martyrum fiebant; quorum ſepulcris, & Eccleſiis honor congruus exhibendus in canonibus decernitur.* Nihilo tamen minus animadvertendum eſt, aliquando *Martyrium* inter & *Eccleſiam* quidpiam fuiſſe diſcriminis. Didymus Caecus Alexandrinus, qui ſaeculo floruit IV., pridem a doctiſſimo Ioh. Aloyſio Mingarellio, iam nunc Abbate Generali Canonicorum Rhenanae Congregationis in publicam lucem proditus, *in lib.* 2. *cap.* 7. ita ſcribit: *Etenim in ſanctis ſuis Eccleſiis, & Oratoriis, & Martyriis, ſicut in aliis ſacellis indeficientia ſua bona propoſuit* (Deus); idemque clarius habetur *in Can.* 6. Concilii Chalcedonenſis, ubi praecipitur: *ne quiſquam ordinetur, niſi in Eccleſia civitatis, aut Pagi, aut in Martyrio, aut in Monaſterio.* Hic ab

ut Solium, Tropaeum, Sepulcrum &c. *apud veteres Scriptores habuerit*. Confeſſionis *vocabulum in antiquis monumentis cum ad locum refertur, nihil aliud indicat, niſi locum ubi martyris corpus fuit tumulatum; eaque vox deinde ſignificavit etiam altare ſuperne conſtructum, umbraculum altaris, & quandoque integram baſilicam: Nam primis Chriſtianae Religionis temporibus diverſa admodum ſignificatione a praeſentis temporis uſu* Confeſſoris *vox uſurpata fuit. Veteres enim neminem eo nomine appellabant, niſi eum, qui Chriſti fidem interpellatus, coram fidei hoſtibus confeſſus eſſet. Si vero aliquod genus tormentorum eſſet expertus, nec tamen martyrio occubuiſſet; tunc & martyr vocatus, idemque aliquando etiam dictus reperitur Confeſſor, quod nempe nondum martyrium conſummaſſet. Licet ſi vim harum vocum expendamus*, Confeſſor, *ac* Martyr *Graeco, Latinoque ſermone unum, atque idem exprimant; nihilominus tam Tertullianum, quam etiam Cyprianum, & alios pleroſque antiquorum eo ſenſu, quo diximus eas voces accipi conſueviſſe, perſpectum ſatis exploratumque habetur. Quamobrem in Libro Caerimoniali Epiſcoporum (a) haec recte ſapienterque adnotantur*: Locus, qui in plerisque Eccleſiis ſub altari maiori eſſe ſolet, ubi ſanctorum martyrum corpora requieſcunt, MARTYRIVM, ſeu CONFESSIO appellatur. *Hic idem locus, ut iam innuimus, & ſuperpoſito altari nomen dedit, unde illud* altare Confeſſionis *eſt dictum, quod ſupra ſepulcrum Martyris, vel Confeſſionem, fuiſſet exſtructum. Conſuetudo etiam deinceps invaluit, ut* Confeſſionis *nomine ara tantum ſignificaretur; cuius plurima exempla produci cum poſſint ex Libro Pontificali, unum ſolummodo exhibebimus, quod legere eſt in vita S. Hilarii Pon-*

ab Eccleſiis Martyria diſtinguuntur, ea fortaſse de cauſsa, quod haec nondum in publica templa erant redacta. Ac proinde, ne in ſolitudine relinquerentur, debitoque cultu martyrum reliquiae carerent, cogitatum eſt, ea tanquam in titulum ordinationis erigere, incardinato ibi Clerico, aut Presbytero, qui eorumdem gereret curam.

(*a*) Lib. 1. cap. 12. num. 16.

Pontificis (*a*): Hic fecit oratoria tria in baptiſterio baſilicae Conſtantinianae, S. Iohannis Baptiſtae, & S. Iohannis Evangeliſtae, & S. Crucis, omnia ex argento, & lapidibus pretioſis. Confeſſionem S. Ioh. Baptiſtae fecit ex argento, penſantem libras centenas, & crucem auream. Confeſſionem S. Ioh. Evangeliſtae fecit ex argento penſantem libras centenas, & crucem auream: & in ambobus oratoriis ianuas aereas argento cluſas. In oratorio vero S. Crucis fecit confeſſionem, ubi poſuit Lignum Dominicum in cruce aurea cum gemmis &c. *Hoc loco* Confeſſio *non martyris tumulum, aut memoriam, ſed altare tantum indigitat. Animadvertendum inſuper eſt, quod praeter altare ſubterraneum, ſive hypogaeum, quod tumulo ſuperpoſitum erat, aliud altare ſuperius, vel maius aedificari mos fuit, cui ſimiliter nomen* Confeſſionis *adhaeſit, eo quod & ipſi Martyris tumulus ſubiaceret. Exſtant adhuc eiuſmodi altaria in aliquibus antiquis Romae templis, quae bono eccleſiaſticae eruditionis e manibus eorum evaſerunt, qui niſi veneranda antiquitatis veſtigia funditus perdant, ac deſtruant, ſibi non belle ſatis architecturam profiteri videntur.*

Quo tempore altare, quod hypogaeum, vel ſubterraneum dicimus, exſtructum fuerit ſuper D. Petri ſepulcro, haud facile ſtatui, demonſtrarique poteſt. Ex Gregorio Turonenſi, qui ſaeculo VI. vixit, & Confeſſionis, *quam praeſens inviſit, formam adumbravit, colligi poſſe videtur, hypogaeum hoc altare nondum fuiſſe erectum, cum ille de uno tantum, eoque ſuperiore loquatur, quod ſaeculo IV. adſcribi debet, eo quod tunc demum ob pacem Eccleſiae donatam Magni Conſtantini edicto, excelſi operis templum, ſive baſilica ſupra D. Petri tumulum aedificari coepit. Praeceptum, quo pius ille Princeps non modo libertatem Chriſtianis aedificandi, ampliandique eccleſias conceſſit, ſed etiam pecuniam a Fiſco Imperiali in hunc finem contribui iuſſit, Euſebius* *Eccle-*

(*a*) Tom. I. pag. 155.

Eccleſiaſticae Hiſtoriae Scriptor praecipuus refert (*a*): Altera lex [*inquit*] quae oratoriorum fabricam in ſublime erigi, & Eccleſias Dei tam latitudine, quam longitudine ampliores effici praecipiebat (*b*), perinde ac ſi univerſi, ut ita dixerim, homines inſana multorum Deorum obſervantia e medio ſublata in poſterum acceſſuri eſsent ad Deum. Haec Imperatorem ſentire; haec ad cuiuſque Provinciae Praeſides ſcribere, religioſa divini numinis obſervantia impellebat. Illud praeterea lex continebat, ne pecuniis largiendis parcerent, ſed ut ex Imperialibus theſauris ſumtus ad aedium ſacrarum exſtructionem depromerentur. Quin etiam ad cuiuſque loci Eccleſiarum Antiſtites iſtiuſmodi litterae ſcribebantur: cuiuſmodi etiam ad me ſcribere dignatus eſt. *Mox litteras enarrans tam ſibi, quam aliis Epiſcopis a Conſtantino ſcriptas haec ſubdit*: Adeoque cum ſumma celeritate legis praecepta opere ipſo adimplebantur. *Hoc monumento, etiamſi nullum aliud*

(*a*) De vita Conſtantini Imp. cap.45. pag.499. & ſeq. Auguſtae Taurinor. an.1746.

(*b*) Ante Conſtantini tempora fuiſſe Deo dicatas eccleſias, quod a nonnullis in dubium revocatur, ex hac lege manifeſtum fit. Imo per tria priora ſaecula in pagis, & vicis ruſticas exſtitiſse eccleſias contra Thomaſſinum, Boehmerum, Eſpenium, Svicerum, alioſque, pluribus oſtendit Caietanus Migliore in docto Commentario *in mutilum Neophyti Presbyteri titulum*. *Neapoli* 1770. Fatetur tamen *pag*.42. primaevas illas Chriſtianorum eccleſias ſimplicitatem prorſus redoluiſſe; eoque nomine *Caſas*, *Columbae domus*, numquam vero *Templa*, *Baſilicas*, ἀνάκτορα dictas. Atque hoc quidem in cauſſa eſt, cur apud Minutium Felicem, Origenem, Arnobium, Lactantium Chriſtiani eccleſias non habere dicantur. Nec certe praetereundum, quod David Blondellus *de Epiſc. & Presbyt.* obſervat, quo ſemel fideles convenerant, eccleſiarum porro nomine deſignaſſe. Conventus autem celeberrimus ille erat, qui in urbibus, & in agris *die Solis*, nempe die Dominico fiebat, cuius ritum non ſine ſpeciali divini conſilii providentia ſcripto tradidit Iuſtinus Martyr *in Apolog. I. ad Antoninum Pium* pro Chriſtianis, ut monumentum luculentiſſimum haberemus ſaeculo uſque ſecundo ordinis ſacrae Liturgiae ad confundendos Novatorum errores.

Digitized by Google

aliud exſtaret, ſatis evinci, comprobarique poſſet Conſtantinianum aedificium eſſe D. Petri baſilicam, cuius amplitudo, ac dignitas quanta fuerit eodem ſaeculo IV. ex Prudentii, ſanctique Paulini Epiſcopi ſcriptis videbimus. Ac revera, quis umquam, niſi aerarium Imperiale magnificam adeo, praecelſamque molem exſtruere valuiſſet? Quis praeterea exiſtimet regios theſauros tot minoribus eccleſiis large tunc ſubminiſtratos, huic uni maximae Deo erectae in honorem Principis Apoſtolorum defuiſſe? Aſſerit, clareque deſcribit hoc factum Liber Pontificalis in vita S. Silveſtri (*a*): Eodem tempore Conſtantinus Aug. fecit baſilicam beato Petro Apoſtolo ex rogatu Silveſtri Epiſcopi in templo Apollinis, in quo loco corpus eiuſdem Apoſtoli mirifice collocavit. Loculum (*b*) ipſum, in quo ſanctiſſimum poſuit corpus, undique ex aere Cyprio concluſit, immobilem. Ad caput, & ad pedes, ad latus dextrum, & ſiniſtrum, ſubtus & ſuper pedes quinos habens groſſitudinis. Sic corpus beati Petri concluſit, & ornavit ſuperius ex columnis porphyreticis, & aliis columnis vitineis, quas de Graecia ſecum adduxit. Fecit autem & cameram baſilicae ex trimma (*c*) auro fulgentem, & ſuper corpus beati Petri, quod aere concluſit, fecit crucem ex auro puriſſimo, penſantem libras CL. ad menſuram loculi, ubi ſcriptum eſt hoc: CONSTANTINVS. AVG. ET. HELENA. AVG. HANC. DOMVM. REGALEM. SIMILI. FVLGORE. CORVSCANS. AVLA. CIRCVMDAT. (*d*)

F ſcri-

(*a*) Tom. 1. pag. 91.

(*b*) Auctor Libri Pontificalis hic non indicat, e qua materia eſſet loculus, quo Silveſter incluſit corpus Principis Apoſtolorum. Verum Petrus Mallius in Hiſtoria, quam ſaec. XII. ſcripſit de baſilica S. Petri *cap. 1. n. 4. ap. Bolland tom. 7. Iun.* argenteum facit: *Loculum argenteum, continentem ſanctiſſimum corpus, omni parte ex aere, & cupro concluſit &c.*

(*c*) *Trimma*, graeca vox a τρίβω *tero, comminuo*, unde apud Anaſtaſium camera trimma auri fulgens, aliud non eſt quam camera ſeu fornix ſplendens ex auro in pulverem minutiſſimum redacto, & glutine delibuto, quo penicillo obductus fuerat.

(*d*) Maphaeus Vegius, qui ſaeculo XV. floruit, *in lib. 2. de reb. antiq. memorabil. baſilicae S. Petri c. 3.* *apud*

ſcriptum ex literis puris nigellis in cruce ipſa. *Narratio haec, dummodo ubique veritati ſit conſona, illud praecipue notandum habet, quod S. Silveſter Apoſtoli corpus inſpexit, antequam tumulo pretioſiore clauderet, reponeretque priſtino in loco, ubi antea fuerat collocatum. Quod autem Divus Petrus poſt conſummatum Romae martyrium in Vaticano ſepultus fuerit, apertiſſime eruitur ex verbis Caii Presbyteri Romani, Prudentii, Hieronymi, aliorumque, quae in chronologica ſerie monumentorum adducemus. Ceterum illud plane conſtat tum ex Libro Pontificali, qui finem prope*

apud Bolland. Act. SS. tom. 7. Iun. ſcripta haec tantummodo in cruce legit: CONSTANTINVS AVG. ET HELENA AVG; adeo ut quae ſunt reliqua, in alia fortaſſe ipſius baſilicae parte inſcripta fuiſſe, videri quodammodo poſſint. De hac aurea cruce ita notatum legimus apud Philippum Bonanni *in Hiſtoria Templi Vaticani cap.* 24. *Cum novi templi Vaticani pavimentum altius deduci, & aequari opus eſſet anno* MDXCIV.*, Iacobus a Porta celebris architectus retulit Clementi VIII., detectum a ſe foramen, per quod S.Petri monumentum apparebat. Quo audito Pontifex ipſe, ductis ſecum Eminentiſſimis Cardinalibus, Bellarmino, Antoniano, & S.Caeciliae; atque admota ab architecto ardenti face, oculis perluſtravit crucem auream ſepulcro impoſitam: deinde iuſſit vetuſtiſſimam aram eodem in loco intactam relinqui; foramen ſe coram coementis oppleri; novumque poſtea deſuper altare, & quidem magnificentius erigi amplioris formae: quod altare abſolutum die Dominico,* XXVI. *Iulii* MDXCIV.*, Cardinalibus* XXXVIII. *adſtantibus, totius Romanae curiae interventu, innumerabilique populi concurſu, ipſemet Pontifex ſolemni ritu conſecravit; & in eo omnium primus incruentum Miſſae ſacrificium obtulit; ſicuti olim anno* MCXXII. *Calliſtus II. altare ſupradictum a B. Silveſtro aedificatum, in celebri die Annuntiationis B.Mariae conſecraverat. Haec affirmat Turrigius a Cardinali S. Caeciliae enarrata fuiſſe Aloyſio Cittadino, baſilicae canonico, & Iohanni Barretto, eiuſdem ſacrae Confeſſionis cuſtodi.* Forſan tunc accidit, quod in inferius cubiculum, ubi ſepulcrum exſtat Principis Apoſtolorum, coementa illa deciderent, quae introſpicienti per feneſtellam Confeſſionis modo adparent. Altare autem, quod Bonannius, Turrigio teſte, aſſerit fuiſſe a Clemente VIII. ſervatum quin deſtrueretur, eſt Altare, quod hodiedum exſtat in cryptis Vaticanis retro Confeſſionem, ubi ex contextu allatae narrationis videtur ab architecto Iacobo a Porta foramen detectum fuiſſe.

prope attingit ſaeculi IX., tum ex actis Pontificum inſequentium ſaeculorum nullum alium deinceps Pontificem Apoſtoli corpus loco movere, aut etiam inſpicere conatum fuiſſe. Nemo certe poſt baſilicae aedificium, ornatumque ſepulcrum a B. Silveſtro illud amplius vidit: Verum ut pio fidelium ſtudio, ac devotioni aliquatenus fieret ſatis, in ſuperiori parte ſubterranei cubiculi, in quo Apoſtoli ſepulcrum concluditur, quaedam feneſtella quadratae formae relicta fuit, quae billicum, *ſive* umbilicum *antiquitus vocari conſuevit (a), & de qua mox iterum ſermo habendus erit in ſerie chronologica. Nova igitur Silveſtri tempore conſtructa baſilica D.Petri tumulum ante apſidem complexa eſt, & hic idem tumulus ciborio (b) tectus quatuor columnis ſuffulto ſuperexſtructam habuit aram illam magnifice ornatam, altero ciborio contectam, de qua ara tantum mentio apud veteres reperitur Scriptores. Ex monumentis tamen ſaeculi VIII. liquido apparet, aliud etiam altare ſuper Apoſtoli ſepulcro conſtructum; quod intra ſubterraneam cellam exſtitiſſe videtur, quodque ſaeculo XII. ibidem adhuc permanebat.*

Videtur ſane Ven. Beda tradere, ſacra myſteria in hac Vaticani templi principe ara non ante Pontificatum Gregorii Magni

(a) In *Tom.3.pag.162.Lib.Pontific.* de Benedicto III., qui an.855. renunciatus eſt Pontifex, narratur: *In Eccleſia beati Petri principis Apoſtolorum nutritoris ſui prae nimio amore exardeſcens, ad cooperiendum billicum Confeſſionis fecit coopercuium ex auro puriſſimo, penſan. lib. tres.* Limbum, ſeu circuitum *billici* aurea lamina ornabat, quae *ingulus* antiquitus vocabatur. In eodem Libro Pontificali *pag.*177. legitur Nicolaum I., Benedicti III. ſucceſſorem, feciſſe *in Confeſſione ipſius ſacratiſſimae baſilicae ingulum de auro mundiſſimo unum penſ. libras numero II.*

(b) *Ciborium* dicitur tegumentum, ſeu umbraculum altaris, vel ſepulcri, quod columnis quatuor, aut pluribus ſuffultum in conum, aut pyramidem, aut apſidem deſinit. In veteri Chriſtiana inſcriptione apud Antonium M. Lupium *Epitaph. Severae Martyris* §. 18. *pag.* 182. appellatur etiam *Ciburium*. En verba inſcriptionis: XPE, FABE, BOTIS, GREGORIO, ET AVSTRE CONDEDOCIS. QVOD, MVSTHIOLE, OBTVLERVNT, MARTIRE, XIT. HOC TEGMEN, CIBVRII, SVBLATA, BETVSTAS &c.

gni celebrata fuiſſe . Is enim in Hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Anglorum , quam a primo Iulii Caeſaris in Britanniam adventu ad an.731. perduxit , obiit namque an.735. , de Gregorio haec adnotavit : Fecit inter alia beatus Papa Gregorius , ut in eccleſiis beatorum Apoſtolorum Petri , & Pauli ſuper corpora eorum miſſae celebrarentur. *Bedae concinit Iohannes Diaconus , qui poſt trecentos ferme annos a S. Gregorio floruit , quique haec in eius vita conſcripſit* (*a*) : Super corpora beatorum Petri , & Pauli Apoſtolorum , miſſarum ſolemnia celebrari decrevit . *Nec diſſimilia leguntur etiam in Libro Pontificali* (*b*) : Hic praecepit , ut ſuper corpus B. Petri Apoſtoli miſſae celebrarentur . Item in eccleſia B. Pauli Apoſtoli eadem fecit . *Quid autem ſibi volunt Beda , Iohannes Diaconus , & auctor Libri Pontificalis , dum ſcribunt D. Gregorium ſanxiſſe , ut ſuper Apoſtolorum Petri , & Pauli exuvias celebrarentur miſſarum ſolemnia ? An ſentiunt id minime factitatum ante ipſius Gregorii aetatem ? non iſtam ſane Scriptoribus iis mentem fuiſſe arbitramur. Nam D.Hieronymus, qui ſeptuaginta ſupra centum circiter annis eumdem Romanum Antiſtitem aetate praeceſſit , abſurda oſtendens , quae ex impio Vigilantii dogmate venerationem ſanctis Chriſti martyribus , eorumque ſacris cineribus denegante conſequebantur , ſic haereticum perſtringebat* (*c*) : Male ergo facit Romanus Epiſcopus , qui ſuper mortuorum hominum Petri & Pauli , ſecundum nos oſſa veneranda ; ſecundum te vilem pulviſculum ; offert Domino ſacrificia: tumulos eorum (*d*) Chriſti arbitratur altaria? *Ad haec Pru-*

(*a*) Lib.2. cap.20.

(*b*) Tom.1. pag. 234.

(*c*) In Tract. adverſ. Vigilantium pag.280. Pariſiis 1706.

(*d*) Ex hiſce S. Hieronymi verbis , quod nempe Summi Pontifices *tumulos eorum* (Apoſtolorum) *Chriſti arbitrantur altaria* , illuſtrationem capit reſponſio , quam apud Minutium Felicem praebet Octavius Caecilio Ethnico poſtulanti , quanam de cauſſa Chriſtiani *nullas aras habent* , *& templa nulla* . Propterea quod non Intelligitur , quo pacto poſſit Octavius fateri , Chriſtianos nec templa habuiſſe , nec aras : *Putatis autem* (en verba reſponſionis) *nos occultare* ,

Prudentius Hieronymo aequalis Romanum Pontificem Natali die eorumdem Petri, & Pauli Apoſtolorum ſolemne ſacrificium Deo bis offerentem, ſemel nimirum in Vaticana baſilica, iterumque in D. Pauli templo via Oſtienſi, ſic eleganter exhibet hymno XII.(a):

Tranſtiberina prius ſolvit ſacra pervigil ſacerdos,
Mox huc recurrit, duplicatque vota.

Tam ſplendida ſunt haec, & alia, quae afferri poſſent remotioris aetatis monumenta, quibus luculenter oſtenditur, longe ante Gregorii Magni Pontificatum ſacra myſteria ad Apoſtolorum Petri, & Pau-

tare, quod colimus, ſi delubra, & aras non habemus? Quod enim ſimulacrum Deo fingam, quum, ſi recte exiſtimas, ſit Dei homo ipſe ſimulacrum? Templum quod ei extruam, quum totus hic mundus eius opera fabricatus eum capere non poſſit? Idem ferme reſponſum ab Origene datum fuerat Celſo Epicureo, qui illum de eadem re obiurgaverat, & cui ſubiungit Origenes, iuſtorum animas eſſe gratiores aras, quae Deo poſſent a nobis miſeris mortalibus dicari (*lib.* 8. *n.*17.) Atque idem plane ſignificatur a Clemente Alexandrino (*Strom. lib.*7. *n.*6.), & clarius ab Arnobio (*lib.*6.), atque a Lactantio (*lib.*2. *cap.*2.) Tabulis, ſeu planis, quae erant operculo arcis, vel monumentis martyrum, qui ſub ipſis iacebant in coemeteriis, ideſt in ſubterraneis locis, qui ab eccleſiaſt. ſcriptoribus *Areae, Areae Sepulturarum, Cryptae, Arenaria, ad Arenas, Concilia martyrum &c.* nuncupantur; uſi ſunt Chriſtiani tempore perſecutionum ad peragendum ſacrum. Hoc proinde ritu, ac ſimilitudine, poſtquam Eccleſiae Dei pax reddita eſt, ſuperfuit uſus collocandi corpora martyrum ſub aris: Hinc Prudentius in hymno in laudem Vincentii martyris cecinit:

Altar quietem debitam
Praeſtat beatis oſſibus;
Subiecta nam ſacrario,
Imamque ad aram condita
Caeleſtis auram muneris
Perfuſa ſubtus hauriunt.

Atque in hymno in laudem Eulaliae virginis ait:

Sic venerarier oſſa libet,
Oſſibus altar & impoſitum.

Demum priſtinus altarium uſus, ut ea deſcripſimus, demonſtratus fuit ſaeculo XII. a Ven. Petro adverſus Petrobuſianos: *Nonne & nos ipſi* (inquiebat *ap. Biblioth. PP. Lugd. tom.*22. *p.*1051.) *Romae poſiti frequenter vidimus in ſcriptis* (l. cryptis) *antiquiſſimis oratoria, & altaria, qualia eo tempore fieri poterant &c.*

(a) De Paſs. Apoſtolor. Petri, & Pauli.

& Pauli cineres ſolemni pompa a Romanis Pontificibus peracta fuiſſe, ut quivis facile poſſit intelligere, ne unum quidem ex hiſce monumentis aut Bedae, aut Iohanni Diacono, aut ſcriptori Libri Pontificalis fuiſſe perſpectum. Quinam ergo ſenſus iſtorum adfirmantium, Gregorium ſanxiſſe, ut in eccleſiis beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſuper corpora eorum miſſae celebrarentur?

Ad hunc aſſequendum facem praefert Petrus Mallius ſcriptor ſaec.XII., & Vaticanae baſilicae Canonicus (a), qui de S.Gregorio I. ediſſerens, haec habet: Hic conſtituit ſupra corpus beati Petri, & beati Pauli a Cardinalibus miſſas iugiter celebrari. *Igitur ſi Iohannis Diaconi, Ven. Bedae, & Libri Pontificalis loca conferantur cum his Mallii verbis, videtur Gregorius Magnus primum conſtituiſſe, ut ſeptem Presbyteri Titulares [quos ex uſitata poſteriori appellatione Cardinales nuncupabimus] in Vaticana baſilica ad corpus S. Petri, totidemque in eccleſia S. Pauli ad eius tumulum ſingulis diebus rem divinam alternis facerent; aut [ſi malimus, eoſdem Presbyteros Cardinales iam ante S. Gregorii aevum fuiſſe praefatis baſilicis addictos, uti coniectavit Franciſcus Blanchinius (b)] ſanxiſſe, ut ſolemne ſacrum, quod niſi certis ſtatiſ-*

(*a*) Hiſt.Baſil.S.Petri c.4.n.53.

(*b*) Cl. hic Praeſul putat hebdomadariam aſſignationem Epiſcoporum ſeptem in Lateranenſi, &Presbyterorum totidem in quatuor reliquis Patriarchalibus baſilicis Romanis, nempe S.Mariae Maioris, S. Petri, S. Pauli, & S. Laurentii extra muros *primum rud mentum accepiſſe ſub Damaſo, & complementum obtinuiſſe a Simplicio.* (tom.2. Anaſt. pag.38., & tom. 3.pag.176.) Damaſum fortaſſis auctorem fuiſſe hebdomadariae partitionis arguit vir eruditiſſimus ex eo, quod S. Pontifex, teſte eius vitae Scriptore, ſanciverit, *ut pſalmi diu noctuque canerentur per omnes eccleſias: & hoc praecepit Presbyteris, Epiſcopis, & Monaſteriis*. Simplicium vero dediſſe operi complementum, colligit ex huiuſce Romani Antiſtitis rebus geſtis, inter quae illud narratur, quod conſtituerit ad S.Petrum Apoſtolum, & ad S.Paulum Apoſtolum, & ad S. Laurentium martyrem hebdomadas. Verum animadvertendum eſt, quod in Libro Pontificali occurrit quidem Damaſus praecipiens Epiſcopis, Presbyteris, & Monaſteriis, ut per omnes Eccleſias ad pſalmodiam incumberent, ſed de miſſarum

ſtatiſque diebus ad Apoſtolorum exuvias prius agebatur, in poſterum ab ipſis Cardinalibus qualibet die alternatim celebraretur, qui propterea Cardinales S.Petri, *atque* Hebdomadarii *nuncupati reperiuntur. Magnum ſane ipſorum privilegium hoc erat, ut ad altare maius baſilicae Vaticanae, cui ſubiacet Apoſtolica Confeſſio, ſacra myſteria peragerent: quod Epiſcopis tum ſanctimonia, tum Eccleſarum* celebratione altum ſilentium eſt. Quod vero ad S.Simplicium attinet, quos ipſe baſilicis ſanctorum Petri, & Pauli, atque Laurentii addixit Presbyteros, hos deſtinavit Baptiſmi, & Poenitentiae ſacramentis adminiſtrandis. En verba Libri Pontificalis: *Hic conſtituit ad S.Petrum, & ad S. Paulum Apoſtolos, & ad S.Laurentium martyrem, ut hebdomadibus ſingulis Presbyteri manerent ibi propter baptiſmum, & poenitentiam petentes: de regione prima ad S.Paulum, de regione tertia ad S.Laurentium: de regione ſexta, vel ſeptima* (in Catalogo Roman.Pontif. ſaeculo VI. exarato apud Schelestr. p.476. legitur tantum *de regione ſeptima*) *ad S.Petrum*. Munus ergo horumce Presbyterorum circa Baptiſmum, & Poenitentiam verſabatur: de oblatione vero ſacrificii incruenti, nulla in prolato textu fit mentio. Contra doctiſſimus Lucas Holſtenius hanc Cardinalium hebdomadariorum inſtitutionem Stephano IV. circa an.770. referre videtur in adnotationibus ad Geographiam ſacram Caroli a S.Paulo *cap.8.lib.2. pag.*34. Amſtelodami 1704. Huius rei teſtimonium petit ex auctore incerto de vitis RR.PP. Luitprando perperam adſcriptis, ubi in Stephano IV. ſic legitur: *Hic conſtituit ſeptem Cardinales Epiſcopos, qui alternatim in eccleſia B.Petri Apoſtoli hebdomadas celebrarent, & hymnum Angelicum in miſſarum ſoleniis decantarent*. Opinor vetuſtum Scriptorem id excerpſiſſe ex eiuſdem Pontificis Biographo, qui in Libro Pontificali *tom.2. pag.*155. in hunc modum habet: *Hic conſtituit, ut omni Dominico die a ſeptem Epiſcopis Cardinalibus hebdomadariis, qui in eccleſia Salvatoris obſervant, miſſarum ſolemnia ſuper altare B.Petri celebrarentur, &* Gloria in excelſis Deo *diceretur*. Norunt periti rerum Liturgicarum, hymnum Angelicum olim a ſolis Epiſcopis dominicis, & feſtis diebus, a Presbyteris vero in Paſchae tantummodo ſolemnitate recitatum. At ſive Pſeudoluitprandi verba, ſive Libri Pontificalis tantum expendamus, utrobique de Epiſcopis ſermo eſt, non vero de Presbyteris Cardinalibus, de quibus Ven. Beda, Iohannes Diaconus, & Liber ipſe Pontificalis, ſeu Anaſtaſius in vita Magni Gregorii loquuntur.

Eccleſiarum, *quas regebant*, *dignitate apprime claris olim quoque denegabatur*. *Teſtes ſunt acta Epiſcoporum Tullenſium ineunte ſaeculo XII. exarata*. *Etenim S. Gerardus Tullenſis Antiſtes*, *ut in ipſis enarratur* (*a*), *quum crederet*, *ſuarum veniam culparum ſe a Domino facilius impetraturum*, & *Apoſtolorum Principem caeleſtis regni Clavigerum vota ſua clementius exauditurum*, *ſi dignus haberetur*, *ut ad eiuſdem S.Petri altare incruentam hoſtiam immolaret*; *id ſummis precibus poſtulavit*, *ſed fruſtra*: Romani *ſiquidem* Cuſtodes *negarunt*, *ſe umquam poſſe huic licet ferventi petitioni indulgere*, *quod* nemini, niſi ſummo Apoſtolico, eiuſque Cardinalibus antiquo licitum more ſacra ad illam aram myſteria peragere. *At S. Gerardus magis magiſque inſtabat*, *ac munere forſitan aliquo ſe voti compotem fieri poſſe arbitratus*, *mox trecentarum ſummam librarum ad arcam beati Petri*, *ſi deſideratis potiretur*, *ſeſe numeraturum ſpopondit*, *cumque hos etiam conatus irritos intellexiſſet*, *tanto moerore affectus dicitur*, *ut animam exhalare videretur*. *Divinitus tamen recreatus ſummas Deo grates retulit*, *quod neutiquam impletum fuerit ſui animi votum indiſcreta devotione conceptum*, & *non ſine crimine*, *hoc eſt nonniſi pecunia enumerata*, *ſicut diſpoſuerat*, *exſecutioni mandandum*. *Hactenus anonymus Scriptor verba faciens de S. Gerardo Tullenſi Epiſcopo*, *cuius natale in Martyrologio Romano colitur nono Cal. Maii*. *Quod ipſe Anonymus ait*, *praeter ſummum Pontificem Cardinalibus dumtaxat permiſſum divina myſteria peragere ad maximam S. Petri aram*, *id arctandum puto ad ſeptem illos tantummodo Cardinales presbyteros*, *quibus tale munus erat demandatum*. *Etenim qui adhuc mos viget*, *ut nulli ex purpuratis Patribus liceat ad aras principes Patriarcharum Urbis eccleſiarum miſſam celebrare*, *niſi ex Romani Pontificis licentia*, *Apoſtolicis litteris explicanda*, *pervetus quidem eſt*, *uti colligimus ex Bullario Vaticano* (*b*).

Qui-

(*a*) Cap.5.apud Martene tom. 3. Anecdot. col. 1057.

(*b*) Vetus erat privilegium, quo fruebantur Antiſtites Silvae Candi-

Quinam vero fuerint ſeptem presbyteri Cardinales in Vaticana S. Petri baſilica ad aram maximam rem divinam per hebdomadam facientes, *Petrus Mallius* (*a*) *hoc ordine enumerat*, *ſcilicet Titulares*, S. Mariae Tranſtiberim, S. Chryſogoni, S. Caeciliae, S. Anaſtaſiae, S. Laurentii in Damaſo, S. Marci, SS. Martini Papae, & Silveſtri, quae vocatur titulus

Candidae, ſive Eccleſiae SS. Rufinae, & Secundae, celebrandi ſcilicet divina officia, & quae Epiſcoporum ſunt, agendi ſupra aram maximam baſilicae S. Petri, *a qua pene omnes eccleſiae doctrinam acceperunt*, *ſicuti a magiſtra & domina*, ut ait Iohannes XIX. R. P. in bulla, qua an. 1026. illud ſancivit ob Vaticanae eccleſiae dignitatem (*tom.* 1. *pag.* 18. *Bullar. Vatic.*) Poſtmodum haec praerogativa tranſiit ad Epiſcopos Portuenſis eccleſiae; huic enim cum an. 1120. a Calliſto II. adiecta fuerit eccleſia Silvae Candidae, Gregorius IX. poteſtatem eamdem merito addixit (*tom.* 3. *pag.* 339. *Bullar. Vatic.*, *& in Append. pag.* 5.) In citato Bullario Vaticano exſtant peculiares aliae conceſſiones celebrandi divina myſteria ſuper altare S. Petri, videlicet Clementis VI. an. 1349. Anibaldo Epiſcopo Tuſculano; Eugenii IV. an. 1444. Guilelmo Cardinali Rothomagenſi; Pii IV. an. 1563. Cardinali Moniliano, & S. Pii V. an. 1569. Othoni Epiſcopo Albanenſi. Iis addimus Sixtum IV., qui id pariter conceſſit Iohanni Aragonio Cardinali S. Hadriani, aliiſque (*ap. Archiv. Apoſtolic. Vatican. reg.* 55. *Bull. Sixti IV. pag.* 121., *& reg.* 16. *&* 19. *nec non reg.* 14. *Div.*) Ex quo tamen Paulus IV. praecepit, ut feſtum Cathedrae S. Petri xv. Cal. Februarii ſolemnius in Vaticana baſilica celebraretur, mos deinde invaluit, Cardinalem in ordine Presbyterorum ultimum ad aram maximam S. Petri eo die ſacra facere debere, impetratis prius litteris Apoſtolicis: quod ad haec uſque tempora ſervatum eſt. Hodie enim ex conceſſione SS. D. N. PII VI., cuius flagrans in Vaticanam baſilicam amor, ſingulariſque devotio omnibus patet, efflagitante Henrico Benedicto Stuarto Duce Eboracenſi, Card. Epiſcopo Tuſculano, ac Vaticani templi Archipresbytero, huiuſmodi privilegium delatum eſt Cardinalibus pro tempore Archipresbyteris eiuſdem baſilicae, uti legimus in litteris in forma brevis, *dat. Romae apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die* 20. *Decembris* 1775. *Pontif. an. I.*

(*a*) Hiſt. baſilicae S. Petri cap. 7. num. 134.

Digitized by Google

Equitii: *Quorum primus, nempe Cardinalis presbyter S. Mariae Tranſtiberim, die Dominico; ſecundus feria II., tertius feria III., quartus feria IV., quintus feria V., ſextus feria VI., ac poſtremus die ſabbato, peragebant ſolemne ſacrificium. Concinunt his & alia antiqua documenta, quemadmodum videre licet apud Baronium* (a), *Mabillonium* (b), *alioſque. Huius miniſterii cauſſa de Vaticanis oblationibus erant participes:* »Certum eſt [*ita citatus Mallius* (c) *de modo, quo ipſae oblationes partiebantur*] nos Canonicos baſilicae B. Petri, praeter alias rationes & conſuetudines, quas habemus, in oblatione miſſae altaris maioris B. Petri de antiqua conſuetudine habere ſemper decimam hebdomadam de undecim hebdomadibus totius anni, quae ſic dividuntur, Septem primas hebdomadas [*nimirum eas oblationes, quae fiunt ſeptem primis hebdomadibus*] accipiunt ſeptem Cardinales Sancti Petri. Octavam hebdomadam accipiunt diaconi Cardinales [*ſive ii fuerint, qui presbyteris Cardinalibus hebdomadariis, ſive qui Epiſcopo Silvae Candidae, cui antiquitus demandata erant divina officia baſilicae Vaticanae, in iiſdem famularentur, ſive omnes ſimul iſti*], praeter dominicalia totius anni, quae ad eos ſpectant, excepta Dominica Palmarum, & Paſcha, [*quae ex privilegiis Pontificiis addictae fuerunt Silvae Candidae Antiſtiti*] niſi forte ſit ſtatio: nonam hebdomadam cantores: decimam hebdomadam Canonici Eccleſiae: qua finita reincipiunt praedicti Cardinales S. Petri a capite; & ſic fit per totum annum. Oblatio itaque, quae ſpectat ad hebdomadam, eſt illa, quae venit ad manus Cardinalis cantato Evangelio; & quae venit ad altare poſito calice, & donec miſſa cantata fuerit. Illa tamen oblatio, quae venit ad altare poſtquam calix eſt poſitus, dividitur per medium. Medietas eſt altaris, & altera medietas eſt illius, cuius eſt hebdomada. Ille igitur cuius eſt hebdomada, primo loco dat tria

(a) Ann. 1157.
(b) Tom. 2. Muſ. Ital. p. 584.
(c) Cap. 7. num. 133.

tria capità ; ideſt tres monetas de communi manſionariis, qui ſerviunt ad altare : deinde pro quantitate oblationis tribuit diaconis, & ſubdiaconis, & illis, qui ſerviunt de pluviali : poſtea datis piſcibus domino Cardinali, dat ſextam partem cantoribus, & duas de melioribus faculis.

Adulto Eccleſiae ſaeculo XIII. ſcilicet anno 1240. ſeptem illi Cardinales perſtabant in ſervitio eccleſiae S. Petri, ac portione Vaticanarum oblationum potiebantur. Quod luculenter oſtendit Gregorii IX. bulla (*a*), *in qua iubet ex eiſdem oblatis* opportunum apparatum Cardinalium in ipſa [*Vaticana baſilica*] pro tempore miniſtrantium conſervari. *At huiuſmodi obſequium per complures annorum centurias a praedictis Cardinalibus praeſtitum tandem exolevit, occaſione, uti equidem cenſeo, Romanae Sedis Avenionem translatae. Sane pro Cardinali Aymerico Romam petituro, quamquam hic eſſet eccleſiae Titularis SS. Martini, & Silveſtri; ac ſubinde unus e ſeptennario numero Cardinalium, quibus ex vetuſtiſſimo privilegio, ut paullo ante vidimus, honor onuſque inerat rem divinam faciendi ad principem S. Petri aram; Clemens VI. litteras dedit* (*b*) *anno* 1345., *in quibus Pontifex natione Gallus, patria Lemovicenſis, & Avenione ſedens, ideoque Romanorum rituum haud ſatis peritus, Canonicos baſilicae S. Petri ſic alloquitur* : Si retroactis temporibus extiterit conſuetum per Cardinalem S. R. E. officio Legationis fungentem, vel alium in altari maiori baſilicae Principis Apoſtolorum de Urbe miſſarum ſolemnia celebrari, ſuper quo vos habere ſupponimus notitiam pleniorem, per ipſum Cardinalem in eodem altari ſolemnia celebrari huiuſmodi, vobis eidem circa haec honorabiliter, ut decebit, aſſiſtentibus, permittatis. *Sed redeamus ad Apoſtolicam Confeſſionem.*

Ad ſepulcra SS. Apoſtolorum Petri in Vaticano, & Pauli in via Oſtienſi perpetuo, diligenterque cuſtodienda S. Leo Magnus, qui

(*a*) Tom. 1. Bullar. Vatic. pag. 122. & ſeq.

(*b*) Bullar. cit. tom. 1. p. 335.

qui ſupremum Eccleſiae regimen ſuſcepit anno 440. *quoſdam e clero Romano deputavit*, *qui propterea* Cubicularii *ſunt appellati*: Hic [*ita Liber Pontificalis* (*a*)] conſtituit ſuper ſepulcra Apoſtolorum Cuſtodes, qui dicuntur Cubicularii, ex clero Romano. *Eccleſiaſtici ordinis gradus minime hic fuit*, *ſed ſpecies quaedam officii* (*b*); *quo clericus auctus*, *decoratuſque* Martyrarius, Cuſtos martyrum &c. *in antiquis monumentis vocatur* (*c*). *Prudentius*

(*a*) Tom. 1. pag. 153.

(*b*) Simile quidpiam evenit in aliis Clericorum nominibus, ab officio non ab ordine deſumptis. Exemplo ſint *Pſalmiſtae*, ſeu Cantores, quorum meminit Concilium Carth. *can.* 10. *Foſſarii*, Graece Κοπιᾶται, Latine *Laborantes*, de quibus S. Epiphanius *in expoſit. fid. n.* 21; *Confeſſores*, de quibus Auctor epiſtolae ad Antiochenos S. Ignatio attributae; *Notarii*, quorum paſſim ſermo in Libro Pontificali; *Parabolani*, illi nempe qui curandis gravioribus morbis ſeſe addicebant, quique occurrunt in *l.* 42. *&* 43. *Cod. Theodoſ. de Epiſcop.*, *Hermeneutae*, ſeu interpretes, de quibus Epiphanius l. c., *Catechiſtae* apud S. Cyprianum *ep.* 24., *Defenſores pauperum*, qui memorantur in Concil. Carth. V. *can.* 9., *Defenſores Eccleſiarum* in *can.* 2. Concilii Chalcedonenſis; *Apocryſarii*, ſeu Reſponſales, de quibus Liberatus in Breviario, Evagrius *lib.* 4. *cap.* 18., aliique; *Oeconomi*, quorum frequens mentio in Concilio Epheſino, & Chalcedonenſi. Tandem, ut alia Clericorum nomina praeteream, quae in antiquis monumentis occurrunt, *Periodeutae*, ideſt Viſitatores, qui recenſentur in Concilio Laodiceno *Can.* 57.

(*c*) In hiſtoria Paſſionis Sanctarum Perpetuae, & Felicitatis apud Theodericum Ruinartium *Act. M.* *pag.* 81. *Veronae* 1731. memorantur *Tertius*, *&* *Pomponius benedicti Diacones*, qui ſanctis martyribus *miniſtrabant*, ea nimirum ſuppeditantes, quae neceſſaria erant ad victum Perpetuae, & Felicitatis. S. Cyprianus *epiſt.* 35. *novae edit. Pamel.* 11. haec habet de Diaconibus, qui martyribus inſerviebant: *Semper ab anteceſſoribus noſtris factum eſt*, *ut Diaconi ad carcerem commorantes*, *martyrum deſideria conſiliis ſuis*, *&* *ſcripturarum miniſteriis gubernarent*. Sicut igitur Diaconi martyrum temporalia curabant, ita Presbyteri ſalutaribus monitis eorum ſpiritus fovebant: idcirco quidem *Presbyteri martyrum* ſunt appellati, atque etiam ex eo quod ab iiſdem Presbyteris, vel aliis de horum mandato, ac induſtria martyrum corpora, ac dilaniata membra appoſito in loco reconderentur. Anacletum Romanum Pontificem hoc munere,

dentius in hymno S. Hippolyti martyris haud ineleganter menſam altaris, quo martyris corpus tegebatur, ipſius cuſtodem dixit:

Talibus Hippolyti corpus mandatur opertis,
Propter ubi appoſita eſt ara dicata Deo.
Illa ſacramenti donatrix menſa, eademque
Cuſtos fida ſui martyris appoſita,
Servat ad aeterni ſpem Iudicis oſſa ſepulcro;
Paſcit item ſanctis Tibricolas dapibus.

Corne-

re, dum Presbyter adhuc eſſet, functum docet *Memoria* illa, quam teſte Libro Pontificali, Beato Petro conſtruxit. Aliud tamen erat munus *Cubiculariorum*, ſeu *Martyrariorum*; hi enim ad maiorem cultus ornatum inſtituti erant, & ad ſtudioſiorem in proſequendis ſanctorum reliquiis diligentiam, praeſertim vero in ruralibus locis, ne martyrum pignora contemptui paterent. Quamobrem Concilium Epaonenſe (Gall. *d' Epone*, ſeu *d Ienne*, uti opinatur Labbeus) an. 517. celebratum decrevit *can.* 25., ut *Sanctorum reliquiae in Oratoriis villaribus non ponantur, niſi forſan & Clericus cuiuſcumque Parochiae vicinus eſſe contingat, qui ſacris cineribus pſallendi frequentia famuletur*. Huiuſmodi cuſtodum exempla habentur in Actis Concilii Conſtantinopolitani ſub Flaviano contra Eutychen editis, & Concilio Chalcedonenſi poſtea inſertis. Ibi enim legitur: *Abramius Presbyter Martyrii, quod eſt in ſeptimo*, videlicet in ſuburbio Conſtantinopolis, quod graecae ἑβδόμον, ſive *ſeptimum* dicebatur, quia nempe VII. ab urbe lapide abeſſet (vid. Procopium *de aedific. Iuſtinian. lib.* 1.) Item: *Elpidius monumentorum Procopienſium cuſtos. Theodorus in Memoriis habitans. Hyſpes in monumentis habitans, habens duo vel tria nomina in Xilorcio. Paullus habitans ſolitarie in monumento*. Apud Sanctum Gregorium Turonenſem *lib.* 2. *de miracul. cap.* 46. occurrit *Proſerius Martyrarius*, & Concilium Aurelianenſe II. an. 533. *can.* 13. ſancivit: *Abbates, Martyrarii, Recluſi, vel Presbyteri apoſtolica dare non praeſumant*. Munus Cuſtodum martyrum in Latina Eccleſia deinde tranſiit ad Manſionarios, ſeu Cuſtodes Eccleſiae, qui *Aſſiſii* vocantur a Gregorio IX. in epiſtola ad Patriarcham Antiochenum latini ritus (*cap.* 16. *de Cleric. non reſidentib.*), quaſi *aſſidui*, ſeu potius ab *aſſiſa*, quae vox medio aevo tributum aut vectigal explicabat, quaſi nimirum Aſſiſii ad tributum Deo in ſacris aedibus perſolvendum conſtituerentur; & in Eccleſia Graeca idem munus pertinuit ad *Paramonarios*, ſeu praefectos habitationi, qui Latinis Manſionariis comparari iure meritoque poſſunt.

Cornelius Margarinus in Sylloge, quam typis dedit veterum inſcriptionum exſtantium in D. Pauli baſilica, tres adfert ad huiuſmodi Cubicularios ſpectantes, eaeque ſunt (*a*) :

1.

Locus .... ANI CVBICVLARI HVIVS BASILICAE

2.

CubicuLARI BEATI PETRI

3.

✠ LoC . DECI . CVBICVLARI . HVIVS Baſilicae
QVIESCIT . CARO . MEA . NO . . . .
. . . PM . CREDO . RESVSC . . . .
XV . KAL . IVN . ET . ITER P . . . .

Opinari, vel credere potius licet S. Leonem Pontificem aliquid ſtatuiſſe, quod praecipue ad Cubicularios SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli ſpectaret, non autem primo huiuſmodi officia introduxiſſe, cum a ſaeculo IV., ut infra in ſerie Chronologica monumentorum videbimus, D. Petri ſepulcrum, S. Athanaſio teſtante, Cuſtodes, ſeu Cubicularios (*b*) *habuerit. Neque hi*

(*a*) Inſcript. S. Pauli p.6.n.67. p.21. n.281. p.27. n.371.

(*b*) In Libro Pontificali *Tom.* 1. *pag.* 142. deſcribitur obitus Anicii Baſſi, eiuſque funus a Sixto III. Pontifice curatum : *Cuius corpus Xyſtus epiſcopus cum linteaminibus, & aromatibus, manibus ſuis tractans, & recondens, ſepelivit ad beatum Petrum Apoſtolum in cubiculo parentum eius.* Hic pro *cubiculo* perſpicuum eſt intelligendum eſſe gentis Aniciae ſepulcrum. De hoc ipſo ſepulcro, quod Nicolai V. temporibus dirutum fuit, afferam illud, quod Maphaeus Vegius Martini V. Datarius, & Canonicus baſilicae Vaticanae oculatus teſtis memoriae prodidit in *lib.* 4. *de reb. antiq. memor. baſilicae S. Petri* : *Erat porro nobile, magnum, multiſque marmoreis columnis erectum, ſed negligentius habitum, nullique iam acceſſum; quod ignarum vulgus Confeſſionis beati Petri, ac viventis eius habitaculum neſcio quo inſomnio fuiſſe iactabat.* In cit. Lib. Pontific. pag.69. de corporibus SS. Marcellini Papae, & aliorum MM. haec adnotantur : *Marcellus Presby-*

bi dumtaxat in Vaticana reperiebantur baſilica, ſed alii quoque ſub initium ſaeculi V. eodem praediti nomine ipſius baſilicae curam gerebant, quemadmodum tradit Sozomenus ad annum 410., *in quo urbem a Gothis ſub Rege Alarico captam, ſoedeque direptam deſcribit* (*a*). *Quod etiam poſt tempora Magni*

Presbyter collegit noctu corpora cum Presbyteris, & Diaconibus, & hymnis, & ſepelivit in via Salaria in coemeterio Priſcillae in cubiculo claro, quod patet uſque in hodiernum diem. Hic pro *cubiculo claro* locus coemeterii intelligitur, qui in ſe maius prae ceteris lumen deſuper admiſſum reciperet. Praeſtat rem deſcribere verſibus Prudentii in hymno de S.Hippolyto M. ad Valerianum Epiſcopum:

Metando eligitur tumulo locus, Oſtia linquunt:
Roma placet, ſanctos quae teneat cineres.
Haud procul extremo cultu ad pomoeria valla
Merſa latebroſis crypta patet foveis.
Huius in occultum gradibus via prona reflexis
Ire per anfractus luce latente docet.
Primas namque fores ſummo tenus intrat hiatu,
Illuſtratque dies limina veſtibuli.
Inde ubi progreſſu facili nigreſcere viſa eſt
Nox obſcura, loci per ſpecus ambiguum,
Occurrunt celſis immenſa foramina tectis,
Quae iaciunt claros antra ſuper radios.
Quamlibet ancipites texant hinc inde receſſus,
Arcta ſub umbroſis atria porticibus:
Attamen exciſi ſubter cava viſcera montis
Crebra terebrato fornice lux penetrat.
Sic datur abſentis per ſubterranea ſolis
Cernere fulgorem, luminibuſque frui.
Talibus Hippolyti &c.

Atque his potiſſimum, aliiſque etiam exemplis, quae vetera monimenta ſuppeditant, perſpecta ſit ratio, cur in citato Libro Pontificali cuſtodes Confeſſionis S. Petri *Cubicularii* dicantur.

(*a*) In *lib. 9. Hiſtor. Eccleſiaſt. cap.* 10. *pag.* 352. *Auguſtae Taurinorum* 1747. eius haec verba ſunt: *Porro cum, ut veriſimile eſt in tantae urbis expugnatione, multa acciderint, ego id quod Eccleſiaſtica hiſtoria dignum mihi tum videtur contigiſſe, in praeſentia commemorabo. Simul enim & pium facinus viri barbari, & fortitudo mulieris Romanae in cuſtodienda caſtitate oſtenditur. Uterque autem Chri-*

gni Leonis hi vigerent Cuſtodes, ex iis liquet, quae S. Gregorius Turonenſis narrat (a), nempe quod Theudis Gothorum Regis aetate [is fuit ante dimidium ſaeculi VI.] crapulatus a vino pauperculus in angulo Vaticanae baſilicae obdormivit, & clauſis ex more oſtiis a Cuſtodibus non fuit eiectus. Ad haec Gregorius Magnus in Dialogis duo baſilicae miniſtros commemorat vitae ſanctimonia inſignes, ſcilicet Theodorum Cuſtodem, & Abundium, vel Acontium [hoc enim duplici nomine in antiquis notatur codicibus] Manſionarium, quos ſaeculo VI. vixiſſe conſtat, eorumque memoria habetur in Martyrologio Romano, Theodori VII. Kal. Ianuarii, Abundii vero XVIII. Kal. Maii (b). In ſerie

Chriſtianus fuit, ſed non eiuſdem ſectae. Nam barbarus quidem, opinionem Arii; mulier vero, Nicaeni Concilii fidem ſequebatur. Hanc cum iuvenis quidam ex militibus Alarici eximia forma praeditam vidiſſet, captus pulchritudine, trahebat ad ſtuprum. Cum autem reluctaretur mulier, totiſque viribus obſiſteret ne quid obſceni pateretur, barbarus nudato gladio mortem ei minatus eſt. Et levi brachio, utpote qui ob amorem ei parcere vellet, ſuperficie tenus collum percuſſit. Tum mulier multo cruore perfuſa, cervicem gladio ſubiecit: optabilius eſſe ducens, ut cum caſtitate moreretur, quam ut poſt eum cui legitime nupſerat, alium virum experta ſuperviveret. Sed cum barbarus adhuc terribilius irruens, nihil proficeret, admiratus caſtitatem mulieris, duxit eam in baſilicam Petri Apoſtoli. Cumque eam tradidiſſet Eccleſiae Cuſtodibus, ſimulque ſex aureos ad victum ei comparandum; ut marito ſervaretur praecepit.

(a) Lib. 2. Hiſt. Francor. n. 7.

(b) De Theodoro, & Abundio eccleſiae S. Petri Cuſtodibus, *ubi ſacratiſſimum corpus illius eſt poſitum*, uti ſcribit S. Gregorius *lib. 3. cap. 23. Dialogor.*, haec idem beatiſſimus Pontifex refert. Et primum de S. Theodoro *cap. 24.* narrat, quae ſequuntur: *Adhuc ſuperſunt aliqui, qui Theodorum eius Eccleſiae Cuſtodem noverunt, cuius narratione innotuit res, quae ei contigit valde memorabilis: quod quadam nocte dum citius ad meliorandа iuxta ianuam luminaria ſurrexiſſet, ex more in ligneis gradibus ſub lampade poſitis ſtabat, & lampadis refovebat lumen. Tunc repente beatus Petrus Apoſtolus in ſtola candida deorſum in pavimento conſtitit, eique dixit: Conliberte, quare tam citius ſurrexiſti? Quo dicto, ab oculis aſpicientis evanuit. Sed tantus in eum pavor irruit, ut tota in illo corporis virtus deficeret, & per dies multos de ſtratu ſuo ſurgere non valeret. Qua in re quid idem*

ſerie Chronologica locum relaturi e vita deſumptum S. Verani Epiſcopi Caballicenſis alios dabimus non baſilicae, ſed Confeſſionis Cuſtodes hoc ipſo ſaeculo VI. exſiſtentes. Inſuper alia fit mentio Cuſtodum Vaticani templi in vita S. Amandi Epiſcopi Traiectenſis, qui devotionis erga Romam advenit anno 627. En quae ibi refert eiuſdem ſancti Epiſcopi diſcipulus Baudemundus Abbas Blandinienſis (a) : His ita geſtis, caeleſti iterum inflammato deſiderio, incidit ei cogitatio, ut ad limina beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli properare deberet. Aſſumptoque ſecum uno tantummodo comite, ſquali-

idem beatus Apoſtolus ſervientibus ſibi voluit, niſi praeſentiam ſui reſpectus oſtendere; quia quidquid pro eius veneratione agerent, ipſe hoc pro mercede retributionis ſine intermiſſione ſemper videret? Quod attinet ad S. Abundium habetur *cap.* 25. his verbis: *Alius hic non ante longa tempora (ſicut noſtri ſeniores referunt) Cuſtos Eccleſiae Abundius dictus eſt, magnae humilitatis, atque gravitatis vir, ita omnipotenti Deo fideliter ſerviens, ut idem beatus Petrus Apoſtolus ſignis oſtenderit quam de illo haberet aeſtimationem. Nam cum quaedam puella paralytica in eius Eccleſia permanens manibus reperet, & diſſolutis renibus corpus per terram traheret: diuque ab eodem beato Petro Apoſtolo peteret ut ſanari mereretur, nocte quadam ei per viſionem aſtitit, & dixit: Vade ad Abundium Manſionarium, & roga illum, atque ipſe tibi ſalutem reſtituet: cumque illa de tanta viſione certa eſſet, ſed quis eſſet Abundius ignoraret, coepit huc illucque per Eccleſiae loca ſe trahere, ut quis eſſet Abundius inveſtigaret. Cui repente ipſe factus eſt obviam quem quaeſivit, eique dixit: Rogo te, pater, indica mihi, qui eſt Abundius Cuſtos? Cui ille reſpondit: Ego ſum: At illa, inquit, Paſtor, & nutritor noſter B. Petrus Apoſtolus ad te me miſit, ut ab infirmitate iſta liberare me debeas. Cui ille reſpondit: Si ab ipſo miſſa es, ſurge. Manumque eius tenuit, & eam in ſtatum ſuum protinus erexit. Sicque ex illa hora omnes in eius corpore nervi, ac membra ſolidata ſunt, ut ſolutionis illius ſigna ulterius nulla remanerent.* De S. Abundio Iohannes Mabillonius *lib.* 3. *Annal. Bened. n.* 16. coniicit venerabilem illum virum, quem ad S. Petri ſepulcrum miracula patrantem, Fortunatus (in vita S. Remigii) non proprio, ſed appellativo nomine *benedictum* vocat, eumdem fuiſſe ac S. Abundium.

(a) Ap. Bolland. Tom. I. Febr. pag. 850. die 6. eiuſd. menſis.

Digitized by Google

da, atque devia luſtrans loca, tandem Romam pervenit. Ibique ſancto ſatiatus deſiderio, praedulcia in liminibus Apoſtolorum figens oſcula, diebus eccleſiarum Dei circuibat loca, nocte vero ad Sancti Petri revertebatur eccleſiam. Quadam namque die iam appropinquante veſpera, cum Cuſtodes iuxta morem in eccleſia feciſſent diligentiam, ſanctus vir Domini Amandus, egredientibus cunctis, in eccleſia paullulum ſubſtitit, ibi ex devotione tota nocte vigilare cupiens. Tum vero unus ex Cuſtodibus eum inventum, contemptibiliter affectum iniuriis, eiecit extra eccleſiam. Sedente autem eo in eſtaſi mentis in gradibus ante fores eccleſiae, ſubito ei Sanctus apparuit Petrus, blande, leniterque eum alloquitur, & ut in Gallias ad praedicationem exercendam reverti deberet, admonuit. De qua viſione ſanctus vir Amandus hilarior redditus, accepta benedictione Apoſtoli, atque patrociniis, feliciter remeavit in Gallias.

Poſteriori aevo Confeſſionis Cuſtodes frequentius Manſionarii *nomine denotari coepiſſe animadvertimus. Paulus I. Pontifex in epiſtola, quam anno 766. inſcripſit* Domno Excellentiſſimo Filio, & noſtro ſpiritali Compatri Pippino Francorum Regi, & Patricio Romanorum, *nuntios memorat, quos ad ipſum ablegaverat Regem, atque inter illos Manſionarium Confeſſionis B. Petri recenſet* (*a*): Igitur regreſſis noſtris Miſſis, quos ad veſtrae regalis clementiae veſtigia deſtinatos habuimus, Petro ſcilicet Notario Regionario ſanctae noſtrae Eccleſiae, & Iohanne Manſionario Confeſſionis baſilicae fautoris veſtri, B. Petri &c. *Franciſcus Maria Torrigius* (*b*) *ſcriptum reliquit, ſe in veteribus ſaeculi XI. chartis obſervaſſe, quod hi Cuſtodes* Manſionarii Oratorii S. Petri, *&* Manſionarii Scholae Confeſſionis S. Petri *vocari ſolebant, ex quo patet eoſdem in Collegii ſpe-*

(*a*) Cod. Carolin. Tom. I. pag. 227. Romae 1760.

(*b*) Le ſacre Grotte Vaticane pag. 527. Roma 1639.

ſpeciem iam tunc fuiſſe redactos. Quam diligenter hi Cuſtodes, ſeu Manſionarii aram maiorem Apoſtolicae Confeſſioni ſuperinductam ſervarent, ex iis facile colligi poteſt, quae ſupra de B. Gerardo Epiſcopo Tullenſi retulimus. Verum haec nomina Cubicularius, Cuſtos, *vel* Manſionarius *temporis decurſu obſoleverunt, & in eorum locum* Altariſta *ex Canonicis tantum baſilicae poſt Sixtum IV. perpetuo deligendus ſucceſſiſſe videtur* (*a*), *cuius munus nunc eſt, ut Apoſtolicam Confeſſionem, eiuſque claves cuſtodiat* (*b*).

Longum nimis, ac minime forſan opportunum eſſet, ſi dona omnia, atque ornamenta referre vellemus, quae in ſacrum hunc locum, vel Pontificum Romanorum, vel Principum pietas congeſſit. Quanta haec fuerint, legi poſſunt in Libro Pontificali.

(*a*) In Tom. 2. Bullar. Vatic. pag. 206., & ſeqq. extat bulla dat. an. 1470. die 26. Maii, qua Sixtus IV. Rom. Pont. dignitatem *Altariſtae* in baſilica Vaticana primus inſtituit. En verba: *Ad decorem dictae baſilicae tres in ea dignitates, ultra Archipresbyteralem, quae inibi principalis exſiſtit, ſuppreſſo penitus inibi nomine, ſeu dignitate Prioris, erigimus, atque creamus Decanalem videlicet, Archidiaconalem, & Altariſtam cum honoribus &c. quibus alii Decani &c. gaudere conſueverunt &c. Altariſta vero per nos, aut ſucceſſores noſtros dumtaxat ex eiſdem Canonicis deputetur, & deputari debeat, & cum onere inter alia viſitandi ſingulis diebus, aut ſaltem ter in hebdomada omnia altaria praedictae baſilicae, ac opportune illorum neceſſariis more ſolito providendi &c.*

(*b*) Philippus Laurentius Dionyſius Vaticanae Baſilicae Beneficiarius, ac de eadem optime meritus propter eruditiſſimas adnotationes, quibus illuſtravit *ſacrarum Vaticanae Baſilicae Cryptarum monumenta Romae* 1773., atque ob magnam, quam praeſtitit in Collectione Bullarii Vaticani operam, in huius *Tom.* 1. *pag.* 157., & 264. clare demonſtrat, titulum Cuſtodis arae S. Petri uſque ad annum 1322. fuiſſe adhibitum, ac deinceps non amplius Cuſtodis, ſed in illum *Altarerii*, *Altararii*, vel *Altariſtae* translatum. In eodem Bullario varia huius miniſterii munera referuntur, quod tandem Sixti IV. Conſtitutione Vaticani Capituli dignitas evaſit, qua hodie Cl. Praeſul Franciſcus de Albitiis eiuſdem Capituli Canonicus cum laude fungitur.

Digitized by Google

Ea rudi calamo ſaec. VIII. deſcripſit anonymus Poeta iis verſibus inſcriptis in Portis S. Petri ad Corpus (*a*) :

> Aditus interior gazarum aeſtuat opes,
> Et depicta nitent cumulis ipſa ſuis.
> Aureis in petalis gemmarum cluditur ordo,
> Et ſuperba tegit blattea palla fanum.

Nos ea tantum hic adnotabimus, quae Leo III. fecit, idque eo libentius, quod adhuc in cellula ſupra Confeſſionem erecta pars muſivi operis ſupereſt eius impenſa, ac iuſſu elaborati. En quae de Leone III. Liber Pontificalis commemorat (*b*) : Praefatus vero venerabilis, & praeclarus Pontifex fecit in baſilica beati Petri Apoſtoli nutritori (*c*) ſuo gabatham ex auro puriſſimo anagly-

(*a*) Vid. Henric. Caniſium *tom.* 2. *Lect. antiq. pag.* 378.

(*b*) Tom. 2. pag. 273.

(*c*) Princeps Apoſtolorum in veteribus monumentis paſſim appellatur *nutritor*. Citatus Liber Pontificalis affluit exemplis, praeſertim in vitis Hadriani I., Leonis IV., Benedicti III., Nicolai I., Stephani VI., atque alibi. Idque iure; Pontifices enim, qui illum ita appellabant, publice quodam modo gratum animum ſuum Apoſtolo profitebantur pro temporali ſuſtentatione, quam excipiebant. Nonnulli fortaſſe illud etiam ſpectare potuerunt, quod ineunte adoleſcentia nutriti fuerint in Patriarchio ſumptibus patrimonii S. Petri. In eodem Libro Pontificali de Gregorio II. legimus tom. 2. pag. 14., quod *a parva aetate in Patriarchio nutritus, ſub ſanctae memoriae domno Sergio Papa ſubdiaconus, atque ſacellarius factus, bibliothecae curam ſuſcepit*: Ac de Leone III. to. 2. p. 236. fertur, quod *a parva aetate in veſtiario Patriarchii enutritus, & educatus, omnemque ſpiritualem diſciplinam ſpiritualiter eruditus tam in pſalterio, quamque in ſacris, divinisque ſcripturis pollens, ſubdiaconus factus in presbyteratus honorem profectus eſt*. Praeclarum id eſt Eccleſiaſticae educationis exemplum, quemadmodum ſane illum decebat, qui ſe Romanae Eccleſiae miniſterio deberet addicere; eiuſque deinceps fieri caput. Alii dum S. Petrum vocarunt nutritorem ſuum, praeſeferre illud potuerunt, quod antea fuerint Vaticanae baſilicae Canonici. Ceterum quilibet fruitur Eccleſiae redditibus, aut ſtipendia exigit ab Apoſtolico patrimonio, appellare poteſt S. Petrum nutritorem ſuum;

glypham, cum gemmis pretioſis ornatam, quae pendet ante imaginem ipſius apoſtoli in ingreſſu veſtibuli, penſanſantem libras VII. & ſemis. Faciem vero ſacri altaris ipſius Apoſtolorum Principis ab imo uſque ad ſummum cum luminaribus inferius, ſuperiuſque nec non & intro Confeſſionem Salvatorem ſtantem: dextra laevaque eius beati Apoſtoli Petrus & Paulus, habentes pariter coronas ex gemmis pretioſis: atque pavimentum ipſius Confeſſionis inveſtivit ex auro fulvo nimis, penſans ſimul libras CCCCLIII. & uncias VI. *Verum haec omnia piae largitatis, ac religionis illuſtria monumenta, Sergio II. Pontificatum gerente, direpta, ac perdita* *Sara-*

ſuum; atque optimum eſſet id crebrius facere, ut ſcilicet noſtra declararetur grati animi memoria erga Apoſtolum, cuius meritis haec etiam temporalia beneficia deſcendunt. Maximo quidem nobis ſolatio fuit, dum haec adnotaremus, ſtudioſam huiuſmodi nomenclationem a doctiſſimo Praeſule Ioſepho Garampio Berytenſi Archiepiſcopo, & Nuntio Apoſtolico ad Caeſarem fuiſſe uſurpatam. Hic, qui nuper in regno Poloniae, ac Ruſſiae dominio difficillimis temporibus maximas religioni praeſtitit utilitates, indefatigatus in id conferens omne ſtudium ſuum, ſummamque in rebus agendis peritiam, cum nonnullos honoris gradus impertiri deberet nomine S.Sedis duobus Eccleſiaſticis viris de eadem religione optime meritis, nempe Michaeli Primovvicz Officiali Archi-Dioeceſis Metrop. Ritus Rutheno-uniti in Palatinatu Kiovienſi, & Iohanni Lubinski Officiali in Braclavienſi Palatinatu, in diplomate, quod expedivit, dato Varſaviae 14. Februar. 1776., poſtquam ipſis commemoravit, enutritos, atque educatos fuiſſe a Romana Eccleſia in Collegiis ſuis, ita eoſdem opportune monitos vult: *Hoc autem Xenium non in ſuperfluae elationis pompam, ſed in devotionis erga Apoſtolorum Principem, Paſtorem, ac Nutritorem noſtrum, eiuſque Sedem cedat incrementum: Et quoniam, ut cum eodem S. Gregorio loquamur,*
„ cum honoris augmento cura
„ quoque ſollicitudinis debet ac-
„ creſcere, ut cultui veſtium a-
„ ctionis quoque ornamenta con-
„ veniant, oportet ut enixius
„ in cunctis ſe ſtudiis veſtra fra-
„ ternitas exerceat; & circa ſub-
„ iectorum actus ſit cura vigi-
„ lans, ut veſtrum illis exem-
„ plum inſtructio, & vita magi-
„ ſtra ſit. Linguae veſtrae exhor-
„ tatione diſcant, quod metuant,
„ & doceantur, quod diligant,

Saracenorum incurſu fuere , qui tunc temporis Romam uſque pervaſerant , & SS. Petri , & Pauli baſilicas occupaverant (*a*) . *Huius miſerae direptionis damna Leo IV. , qui Sergio ſucceſſit , pro virili parte ſarcire adnixus eſt* (*b*) ; *ac ne iterum barbari Vaticanae baſilicae vim poſſent afferre , opus a Leone III. inchoatum perfecit , validis undique muris Vaticanum cingens , & Romae ſuburbium eo pacto adiungens , quod* Leoninae *Civitatis nomen accepit* (*c*) .

Poſt Leonis IV. Pontificis tempora nullos Confeſſio caſus , aut variationes pertulit ; verum quia ſacris monumentis interdum officit immodica , & parum conſiderata devotio , Innocentius III. imitatus Hadrianum I. , qui cancellos ante . . . . Confeſſionem [*S. Petri*] ex auro puriſſimo , penſantes libras LVI. *ſtatuit* (*d*) , *Confeſſionem eamdem , ne cui damno in poſterum eſſet obnoxia ,*

(*a*) Annaliſta Metenſis ad an. 846. ſcribit : *His temporibus Mauri* (ſic appellat degentes in Africa Saracenos , quorum nomen ex Arabo *Sarak* , praedari , & furari , Scaliger accerſit) *Romam cum exercitu venientes , cum non poſſent Urbem irrumpere , Eccleſiam S. Petri vaſtaverunt* . Quod totidem verbis habet Annaliſta Fuldenſis a Baronio *an.* 846. *num.* 3. citatus . Hanc Saracenorum irruptionem fuſius narrat Annaliſta Bertinianus : *Menſe Auguſto Saraceni , Maurique Tiberi Romam aggreſſi , baſilicam B. Petri Apoſtolorum Principis devaſtantes , ablatis cum ipſo altari , quod tumbae memorati Apoſtolorum Principis ſuper poſitum fuerat , omnibus ornamentis , atque theſauris , quemdam montem centum ab urbe millibus munitiſſimum occupant* . Idem de hac vaſtatione baſilicae S.Petri narrat Hermannus Contractus in Chronic. an. 846. Liber vero Pontificalis in Sergio II. *pag.* 63 , & Leo Oſtienſis *lib.* 1. *cap.* 29. *Chronic. Caſin.* , depraedationem quoque baſilicae S. Pauli commemorant .

(*b*) Tom. 3. Lib. Pontif. p. 83. 86. 88. 105. & 107.

(*c*) Lib. cit. p. 115. Sidonius Apollinaris ſaeculo v. , obiit enim circa an. 487. , S. Petri baſilicam ſitam extra urbem indigitat lib. 1. ep. 5. ad Heronium : *Ubi priuſquam vel Pomoeria contingerem , triumphalibus Apoſtolorum liminibus affuſus , omnem protinus ſenſi membris male fortibus exploſum eſſe languorem* . De aedificio Leonis IV. Hermannus Contractus in Chronic. *an.* 846. haec habet: *Romae Leo IV. ſedit annis VIII. menſibus III. , qui caſtrum , quod* Leontianum *vocatur , ad Eccleſiam S.Petri communiendam conſtruxit* .

(*d*) Tom. 2. Lib. Pontif. p. 233.

noxia , aerea crate vallari , ac praecludi fecit , cuius ſuperior pars integra , atque inmota etiam nunc exſtat . In cratis eiuſdem vertice ea ſunt carmina inſculpta , quae a Severano (a) , & Panvinio (b) ſic referuntur :

✠ Sic cum diſcipulis bis ſex Chriſtus reſidebit,
Cum reddet populis cunctis quod quiſque merebit.
✠ Tercius hoc munus dans Innocentius (c) , unus
Sit comes in vita tibi Petre cohiſraelita.

Ibi etiam artificis nomen ita expreſſum viſitur ✠ OBERT. A. G (d). *Hac forma ſervatus , omnique ex parte intactus permanſit ſacer ille locus etiam cum nova aedificaretur baſilica , quam Iu-*

(a) De vit. Urbis Eccleſ. p. 119.

(b) Lib. 3. c. 4.

(c) Innocentii III. nomen in his cancellis inſculptum praebuit docto Scheleſtrati occaſionem, ut in gravem delaberetur errorem in ſuis adnotationibus ad Anaſtaſium *in vit. S. Silveſtri pag.* 453. Is enim arbitratus eſt , urnam ae eam , ſive arcam tumuli S. Petri ab Innocentio III. , atque Othone IV. Imperatore fuiſſe renovatam . *Porro* , inquit , *etiamnum urna aerea exſtat ſub altari S. Petri , quam forſan renovari iuſſit Otho IV. , qui tempore Innocentii III. regnavit ; nam ſi recte memini , Othonis Imperatoris , & Innocentii nomina in ea inciſa legi* . Nil profecto fallacius . Ecquonam potuit ipſe loco aut aeream urnam inſpicere , aut , quod maius eſt , inciſa Innocentii , atque Othonis ibi nomina perlegere ? Is procul dubio temporum , ac rerum ordines miſcuit , adſcribens urnae nomen Innocentii III. , quod in cancellis dumtaxat aeneis legitur .

(d) *Uberti* cuiuſdam , qui ſub Caeleſtino III. immediato Innocentii III. deceſſore an. 1196. aeneas Lateranenſis epiſcopii valvas conflavit , in his adhuc exſiſtentibus fit mentio . Inſcriptio hunc modum habet :

✠ INCARNACIOIS : DNICE : ANO : M. C. XC. VI. PONTIFICAT. VO. DNI. CELESTINI. PP. III. ANNOVI. CENCIO. CAMERARIO. MINISTRATE. HOC. OP. FAC. TV. EST :

✠ VBERT. MAOISTER. ET. PETRVS. EI. FR. PLACENTINI. FECERVNT. HOC. OP :

Caeſar Raſponius in opere *de Baſilica , & Patriarchio Lateranenſi lib. 1. cap. 14.* exhibet hanc inſcriptionem ita mendoſam , ut rurſus hic proferre non niſi utile iudicaverimus . Quid autem in aenea crate Innocentii III. ſibi velint illae litterae A. O lectorum iudicio relinquendum puto .

Iulius II. amplam prae ceteris, atque conſpicuam erigere aggreſſus eſt (*a*)*, maiorique amplitudine, ac magnificentia Paulus V. perfecit. In medio auguſti huius templi, & ſub maxima, excelſaque teſtudine, quae illud contegit, iacet nunc D. Petri ſepulcrum. ſive Apoſtolica Confeſſio. Hanc Paulus idem Pontifex marmoribus, egregioque cultu infra humum ornavit, opera uſus Caroli Maderni, & Martini Feraboſchi* (*b*)*, ſed cellulam, muſivum opus, & feneſtellam in eodem ſtatu, quo erant, relinqui praecepit: Nec aliter ſe geſſit Urbanus VIII. cum altare maius a Clemente VIII. erectum,*

(*a*) Michaël Lonigus in ſua ad Urbanum VIII. relarione Varicanae Confeſſionis *ap. Bonann. Hiſt. Templi Vatic.* ait, olim fuiſſe Confeſſionem S. Petri muro obductam, & clauſam, adeo ut adirus eo non pareret; ſe illam raliter obſtructam adhuc vidiſſe, priuſquam a Clemenre VIII., cum altare maius novae baſilicae aedificavit, iterum aperiretur. An a Iulio II. cum verus baſilica deiici coepta eſt, ira Confeſſio opera celebris architecti Bramanris Lazzarii, qua Pontifex urebarur, obfirmara fuerit, quo ſecurius conſervaretur hoc religionis vetuſtiſſimum monumenrum; an potius alter ex deceſſoribus, nempe Nicolaus V., vel Paulus II., qui novae molis prima fundamenra effodere aggreſſi ſunt; aut ex ſucceſſoribus Ponrificibus, & praeſertim Paulus III., cum per Michaëlem Angelum Bonarotium eximium, doctiſſimumque architectum primam baſilicae ideam a Lazzario factam correxit, id fecerit, incompertum eſt.

(*b*) Paulus V. pone altare maius baſilicae Varicanae ambirum Confeſſionis exornavit, columellis foras circumdedir, portam in medio aperuir, & hinc inde gradus marmoreos, quibus ad intima deſcenderetur, collocavit, parietes ex urraque parte inſignibus, & aliis ornamenris ex pretioſiſſimis lapidibus decoravit, pavimenrum opere teſſellato ſtravit, oſtium intermedium ſubtus alrare maius, quo reſerato loculamentum, ſeu vetuſtiſſima cellula Confeſſionis adparet, aerea crate inaurata inter aliquot columnas pulcherrimas concluſit, & duas ſtaruas ex metallo affabre elaboratas, alteram Principis Apoſtolorum, alteram Doctoris Gentium in duobus loculamentis exterioribus repoſuir. Rei memoriam conſignavir in lapide adfixo in fronre Confeſſionis, legiturque etiam nunc:

SACRA BEATI PETRI CONFESSIO A PAVLO PAPA V. EIVS SERVO EXORNATA ANNO DOMINI MDCXV. PONT. XI.

ctum, *&* *ſolemniter conſecratum*, *quod Martyrio ſuperincumbit*, *praecelſa umbella contexit*, *quae tota ex aere cum ſit affabre ſculpto*, *inauratoque*, *tum ſummum architecti Ioh. Laurentii Bernini ingenium declarat*, *tum vigilem prodit*, *piamque ſolertiam Pontificis*, *qui vetuſtum aes illud e porticu Pantheon*, *vel S. Mariae ad Martyres*, *quae nimium praegravabatur*, *detraxit*, *&* *in opus hoc ſplendidum*, *egregiumque convertit* (*a*). *Ea occaſione SS. Apoſtolorum Petri*, *&* *Pauli imagines*, *quae muſivum opus in cellula ſub Leone III. confectum utrimque finiebant*, *in priſtinam formam reſtitutae ſunt*, *ne nimia vetuſtate deperirent*, *aut alia de cauſa*, *qua multum iam laboraſſe videbantur*. *Hanc ipſam cellulam accurate delineatam hic damus*, *quo melius*, *apertiuſque praeſens illius ſtatus*, *ac forma a nobis deſcripta cognoſci valeat*. *Apoſtolorum imagines*, *Petri nempe cum libro*, *&* *duabus clavibus ad dexteram*, *&* *Pauli cum enſe*, *&* *libro ad ſiniſtram Salvatoris*, *quae Urbani tempore*, *ut diximus*, *refectae ſunt*, *quia cellulae latera occupant*, *in proſpectu exhibere vix licuit*. *Mirari profecto ſubit eximium hoc monu-*

men-

(*a*) In porticu Sanctae Mariae ad Martyres exſtat de hac re ſequens marmorea inſcriptio:

VRBANVS VIII. PONT. MAX
VETVSTAS AENEI LACVNARIS RELIQVIAS
IN VATICANAS COLVMNAS
ET BELLICA TORMENTA CONFLAVIT
VT DECORA INVTILIA
ET IPSI PROPE FAMAE IGNOTA
FIERENT IN VATICANO TEMPLO
APOSTOLICI SEPVLCRI ORNAMENTA
IN HADRIANA ARCE
INSTRVMENTA PVBLICAE SECVRITATIS
ANNO DOMINI MDCXXXII
PONTIFICATVS IX

Digitized by Google

mentum ſummae dignitatis Romanae Eccleſiae numquam aere inciſum in hodiernam uſque diem fuiſſe (*a*). *In Ectypo hoc noſtro non*

(*a*) Quod Petrus Mallius, qui de Vaticana baſilica ſaeculo XII. librum inſcripſit Alexandro III. R.P. quem eodem ſaeculo auxit Canonicus Romanus, ediditque primum Romae Paulus de Angelis an. 1646. nullum dederit Confeſſionis exemplum, quemadmodum ea tunc eſſet, haud mirandum eſt; etſi hac imagine potuiſſet melius palam facere, quod verbis expreſſit. Nam iuxta ipſius, aliorumque etiam antiquiorum ſcripta, ita videtur Confeſſio iis temporibus exſtitiſſe: Aedicula nempe, aut cubiculum ſubterraneum, imo duo cubicula eiuſmodi, alterum altero depreſſius, ſub ara maxima, in medio navis tranſverſae ante apſidem. Cubiculum ſuperius aequae magnitudinis erat, & plurium hominum capax, frequentatum enim erat officiorum divinorum, & orationis cauſſa, eoque e plano baſilicae deſcendebatur per gradus, atque intrabatur per cancellos, & portam, quae pandi, claudique poterant. Intima pars huius cubiculi cooperiebatur ciborio quatuor columnis ſuffulto, in cuius ſive medio, ſive extremo exſtabat cellula cancellis munita, quae etiamnum viſitur, & intus in cellula altare parvum, quod cavum erat ſubtus uſque ad pavimentum, in quo medio feneſtella illa vetuſtiſſima, quae adhuc exſtat cum operculo ſuo, quod claudi etiam poterat, atque aperiri, unde olim brandea deorſum demittebantur. Si quis vero per illud pronus deſpiciebat, alterum inferius detegebat cubiculum magis ſubterraneum, in quo repoſitum fuit ab Anacleto, & iterum a S. Silveſtro ſepulcrum Principis Apoſtolorum. Huiuſmodi nobis videtur priſtinus fuiſſe ſtatus Confeſſionis S. Petri, qui forſan perduravit, quoad ſuperfuit veteris Conſtantinianae baſilicae aedificium. Poſt Mallium, & Canonicum Romanum fuſius de baſilica ipſa diſſeruit Maphaeus Vegius, qui ſaeculo vixit xv., ac ne is quidem ullam imaginem dedit ſtructurae Confeſſionis temporum ſuorum. Saeculo xvi. Onuphrius Panvinius, ac Tiberius Alpharanus de eodem argumento egerunt, quin & ipſi delineatum ullum Confeſſionis typum ederent; licet Alpharanus ichnographica tabula ipſum Vaticanum templum vetus, novumque ſummo plane ſtudio delineaverit. Saeculo xvii. ineunte anno nempe 1628. Franciſcus Maria Torrigius typis tradidit opuſculum, cui titulus: *Sacre Grotte Vaticane*, atque an. 1635. alium valde auctum ſub eodem titulo librum edidit, qui iterum an. 1639. excuſus fuit. Verum haud curavit ulla aenea tabula Apoſtolicam Confeſſionem reprae-

non modo cratem aeream ab Innocentio III. inductam cum verſibus , qui nunc partim apparent , cernere eſt , ſed etiam imaginem

repraeſentare . Mirum plane eſt , illos neglexiſſe pretioſius Vaticani monumentum , ac mirum magis , cum videamus , poſteriores etiam Scriptores id non curaſſe , licet maxime ac ſolum intentos ad illuſtrandas imaginibus , doctiſque obſervationibus ſacras Vaticani templi antiquitates . Iohannes Ciampinius in eruditiſſima *Synopſi hiſtorica de ſacris Conſtantini M. aedificiis Romae* 1693. ubi tot delineata protulit exempla de veteribus monumentis praecipuarum baſilicarum Urbis , ac Vaticanae praeſertim , proferre illud praetermiſit Apoſtolicae Confeſſionis . Ad *cap.* 4. *ſect.* 3. , ubi ex profeſſo de Confeſſione D. Petri loquitur , ſatis ipſi fuit edere muſivum exſtans in cellula Confeſſionis , & Salvatorem noſtrum exhibens ; ſed qua diligentia ediderit , collatio noſtri cum ſuo poterit declarare . Imago a Ciampinio expreſsa caret cruce in nimbo , Salvator dextra benedicit , non Graeco , ut aiunt , ritu , ſed more , quo Latini modo utuntur , nimirum pollice , indice , ac medio extenſis , reliquis duobus digitis contractis , ſiniſtra vero non apertum , inſcriptumque librum geſtat , ſed globum cum cruce deſuper infixa . Si cetera a Ciampinio prodita monumenta huic exaequantur , perſpicit quidem Lector , quam exigua iiſdem adhibenda ſit fides . Sed redeamus ad rem . Non obvenit meminiſſe opus eximii architecti Caroli Fontanae ſic inſcriptum : *Templum Vaticanum , & ipſius origo &c. Romae* 1694. , hic enim nil ſeſe immiſcuit venerandis antiquitatibus , ſed praecipue ſpectavit architectonicam antiquae , & novae baſilicae partem. Memorandus quidem eſt Philippus Bonannius, qui an.1696. atque iterum an. 1700. Romae edidit volumen, cui titulus : *Templi Vaticani hiſtoria*, cuique aliud opus adtexuit nempe : *Breve relazione del ſito , qualità , e forma antica della Confeſſione ſacratiſſima di S. Pietro di Michele Lonigo da Eſte alla Santità di N. S. Papa Urbano VIII.* In eo enim libro licet ipſe graphicas multas eximiae caelaturae formas adhiberet , ut ea ſubiiceret , quae in Vaticano pariunt admirationem , ac nobile praeſertim aeris tegumentum , quo Urbanus VIII. aram maximam S. Petri decoravit , tamen non modo Confeſſionem , ſed etiam muſivum neglexit . Demum ut taceam de Epiphanio Gizio , qui anno 1721. Romae edidit libellum ita inſcriptum : *Breve deſcrizione della baſilica Vaticana*, & de aliis recentioribus, memorandi ſunt Bollandiſtae, Daniel Papebrochius *tom.* 5. *Iun.* , & Conradus Ianningus *tom.* 7. *Iun.* , qui de templo , & Confeſſione Vatica-

ginem Salvatoris ſub Leone III. elaboratam, in cuius capite nimbus cum cruce praefulget, dum dexteram ipſe manum extendens ritu Graeco benedicit (a), & librum ſiniſtra apertum tenet, in quo haec ſunt ſcripta: EGO SVM VIA VERITAS ET VITA QVI CREDIT IN ME VIVET. *In cellulae pavimento ea viſitur feneſtella mirae vetuſtatis, & formae prope quadratae expreſſa, quae hypogaeum aperit, in quo Principis Apoſtolorum tumulus, & ſacrum eius corpus requieſcit (b). Super hanc aereo, elegan-*

ticana diſseruerunt, variaſque exhibuerunt inciſas icones, nempe aenei ſimulacri, quod S. Petrum repraeſentat, antiquae Cathedrae ligneae ab Alexandro VII. exornatae, clavium Confeſſionis, de quibus alibi agemus, picturae veteris Vaticanae apſidis muſivae, aliorumque; ſed praeſtantiorem illam Confeſſionis adhuc exſtantis praeteriere.

(a) Benedictio more Graecorum ea nunc dicitur, quae, ut in allato muſivo, pollice, & anulari curvatis, ac inter ſe commiſſis, tribuſque aliis digitis erectis impertitur. Num haec benedictio a ſolis Graecis uſitata olim fuerit, an etiam a Latinis, ſi vetera monumenta inſpiciantur, eam manus compoſitionem aeque Latinorum fuiſſe, ac Graecorum, ſi non potius Latinorum adparebit. In hac digitorum diſpoſitione Dominicus Macri in ſuo Hiero-Lexico v. *Crux*, duo graeci alphabeti elementa denotari voluit, nempe Α, & Ω, quae principium, & finis ſignificant. Contra Ioh. Ciampinius de ſacris aedificiis a Conſtantino M. conſtructis *c.* 4. *ſect.* 2. Graecarum formam litterarum IC, & XC (Latine *Ieſus Chriſtus*) deprehendere ſibi viſus eſt. Interpretatio haec haud placuit Conrado Ianningo Bollandiano, qui ſchemate illo geſtum docentis repraeſentari cenſuit *tom.* 7 *Iunii Act. SS. pag.* 135. Tres autem digitos erigi in caelum, ut eo cogitationes noſtras dirigamus ad contemplandam beatam Trinitatem; digitumque anularem, ac pollicem ſupremis articulis inter ſe contingentes conficere litteram O, aut anulum aeternitatis hieroglyphicum ad ſignificandum, bona, quae in caelis repoſita ſunt, aeterna fore, ſpemque illa conſequendi per benedictionem divinam impertiri, vel augeri hominibus.

(*b*) Quid introſpicientibus per hanc feneſtellam in depreſſiori cubiculo modo adpareat, verbis ipſis referemus duorum fide dignorum teſtium, nempe Raphaelis Sindone, & Antonii Martinetti. En quae in lib. 2. *della ſacroſanta baſilica di* S. *Pietro*, ab ipſis

elegantique operculo (a) *clauſam, cuius clavim retinere ad Altariſtam canonicum attinet, in urna pretioſi operis, ac materiae, quam Benedictus XIV. donavit, ea ponuntur ſacra pallia, quae deinde a Pontifice Summo in vigilia S. Petri benedicta Patriarchis, & Archiepiſcopis tradi ſolent, ſumptaque dicuntur* de corpore beati Petri; *ex eo ſcilicet corpore, quod aegrotos umbra olim ſanabat, cuiuſque anima in caelis nunc regnans, ut benigno, paternoque amore univerſum complectitur fidelium gregem, ita patrocinio ſingulari Romanam fovet, ſuſtentatque Eccleſiam, aliarum omnium ipſius meritis, ac Divini oraculi voce Caput, & Magiſtram. Finem imponimus tandem huic Praefationi iis, quae apud*

ipſis edito an. 1750. ad rem hanc diligenter adnotarunt pag. 81. & ſeq. *Nel giorno terzodecimo di Maggio del proſſimo paſſato anno 1749. fu aperto con chiave il precitato ſportello di bronzo; e toſto nel piano della Nicchia apparve l'apertura, o ſia feneſtrella ſotterranea. Quanto alla forma ella è riquadrata, quanto poi alla materia, le di lei eſtremità, eſſendo il rimanente coperto dalla lamina di bronzo, è tutta di marmo in gran parte affumicato. Nel labro della medeſima ſporge in fuori un rampino di metallo bene incaſtrato, e ben ſaldo, onde vi ſi può con ſicurezza ſoſpendere un qualche moderato peſo. Al di ſotto, coll' ajuto del lume, ſi ſcoperſe un gran vano cinto all' intorno da muro, che, giuſta il ſentimento di un operajo della R. Fabbrica ivi preſente, fu ſtimato ruſtico, ed antichiſſimo. L' altezza di queſto vano ſi trovò eſſer di palmi cinque, ed un ſeſto; ne ſi potè ſcoprire maggior profondità, per l'impedimento di muro, o di altra ſoda materia, che lo chiudeva.* Omnia haec veritati niti teſtari poſſumus, cum recenter feneſtella illa reſerata ſingula ſupra deſcripta in eodem ſtatu reperta ſint, niſi quod pro unco clavus aeneus feneſtellae labro affixus conſpicitur. S. Gregorius M. in epiſt. ad Conſtantinam refert, quod a ſuperficie ſepulcri Apoſtolici, ad fornicem cubiculi ſubterranei, in quo exſtat feneſtella, ſpatium fere xv. pedum intercedit, adeoque ſi amoveretur materia illa, quae forſan in cubiculum immiſſa fuit tempore Clementis VIII. quando iuſſit foramen in Confeſſione detectum ab architecto Iacobo a Porta caementis oppleri, & ad dictam longitudinem effoſſio pertingeret, nullus dubito quin protinus ſacratiſſimum Principis Apoſtolorum ſepulcrum adpareret.

(a) In hoc operculo inſculpta ſunt inſignia Innocentii X.

apud Prudentium exſtant, fortiſſimi martyris Laurentii verbis (*a*):

Et iam tenemus obsides
Fidissimos huius spei:
Hic nempe iam regnant duo
Apostolorum Principes.
Alter vocatur gentium,
Alter cathedram possidens
Primam, recludit creditas
Aeternitatis ianuas.

SAE-

(a) In Hymno de martyrio Sancti Laurentii.

SAECULUM PRIMUM

MARTYRIUM

PRINCIPIS APOSTOLORUM.

Simon , Ionae , vel Iohannis filius Bethſaidae in Galilaea natus prope lacum Geneſareth , Piſcator cum eſſet , Chriſto Domino vocante , relictis retibus ſecutus eſt eum (a) . *Exin requirente Domino , quemnam homines dicerent eum eſſe , & opiniones varias hominum diſcipulis aliis reſpondentibus , rurſuſque Domino interrogante* : Vos autem quem me eſſe dicitis ? *Simon unus pro multis divinam illius naturam libere , aperteque his verbis profeſſus* : Tu es Chriſtus filius Dei vivi , *meruit ab eo Petri nomen , ſeu Petrae verius accipere , ſuper qua nova Eccleſia fundari , & adverſus Inferi portas in aeternum firma , atque immota conſiſtere debebat* : Et ego dico tibi [*en divini oraculi verba* (b)] quia tu es Petrus , & ſuper hanc petram aedificabo Eccleſiam meam , & portae inferi non praevalebunt adverſus eam . Et tibi dabo claves regni caelorum . Et quodcumque ligaveris ſuper terram erit ligatum & in caelis : & quodcumque ſolveris ſuper terram , erit ſolutum & in caelis . *Praeter haec omnia divinus Redemptor , opere paſſionis impleto , & iam aſcenſurus in caelum , cum Petrum de eius erga ſe amore ſemel iterum ac tertio interrogaſſet , eidem poteſtatem fecit paſcendi agnos ſuos ac oves* (c) , *hoc eſt Petrum Pontificem Summum , totiuſque Eccleſiae , & ipſorummet Apoſtolorum caput conſtituit , & quem ipſi , eiuſque ſucceſſoribus ante paſſionem promiſerat in univerſa Eccleſia Primatum verbis illis* : Tu es Petrus &c. *ratum , atque perpetuum fecit* .

Hinc

(a) Matth. cap.4. v.18. , & ſeqq.
(b) Idem cap.16. v.13. , & ſeqq.
(c) Iohan. 21. v.15. , & ſeqq.

Hinc Petrus naſcentis caput Eccleſiae, & Princeps Apoſtolorum effectus, ſuas extemplo curas in id contulit, ut Matthias ſorte ductus Iudae praevaricatoris locum in Collegio Apoſtolico repleret (*a*). *Poſt haec, cum Spiritum Sanctum una cum aliis Apoſtolis, ac diſcipulis Ieroſolymae congregatis accepiſſet* (*b*), *praedicandi Evangelii, & plurimis confirmandi prodigiis initium fecit* (*c*). *Neque id tantum intra muros Ieruſalem praeſtitit, ſed coeptum praedicationis munus deinceps extendit ad varia Palaeſtina loca, inter quae memoranda eſt Ioppe, in qua mirabilem illam viſionem habuit lintei caelitus demiſſi, unde ſe non modo ad Hebraeos, verum etiam ad Gentes in unum ovile cogendas miſſum intellexit* (*d*). *Ex Palaeſtina profectus in Syriam, Antiochiae conſtitit; atque, ut antiqui tradunt ſcriptores, inſignem illam rexit Eccleſiam* (*e*) *cuius primum fideles* Chriſtiani *ſunt appellati* (*f*). *Inde reverſus Ieroſolymam, & Angeli miniſterio a vinculis, & manu Herodis Agrippae liberatus* (*g*), *Romam Impe-*

(*a*) Act. Apoſt. cap. 1. v. 15., & ſeqq.

(*b*) Ibid. cap. 2. v. 2., & ſeqq,

(*c*) Ibid. cap. 2. v. 14., & ſeqq., & cap. 3. v. 6., & ſeqq.

(*d*) Ibid. cap. 10. v. 10., & ſeqq.

(*e*) Vide Origenem in Hom. 6. in Lucam, Euſebium in Chronico, S. Hieronymum in Comm. in ep. ad Gal. cap. 2., & in lib. de Scriptor. Eccleſ. n. 1., S. Ioh. Chryſoſtomum Tom. I. Hom. 42., & Tom. V. pag. 180. &c. S. Innocentium I. in ep. 14. ad Bonifacium Presb., & in ep. 18. ad Alexandrum Antiochenum Epiſc., Magnum Leonem in Serm. 1. in Natali SS. Apoſtolor. Petri, & Pauli, & in ep. 62. ad Maximum Antioch. Epiſc., Magnum Gregorium in ep. ad Eulogium Epiſc. Alexandrin., Theodoretum in ep. 86. ad Flavianum Epiſc. CPolitanum, Baſilium Seleucienſem in vit. S. Theclae lib. 1., Fulgentium Ruſpenſem Epiſc. in lib. de Trinitate ad Felicem Notarium cap. 1., Auctorem libri *de ortu, & obitu PP.* cap. 68., Ven. Beda in libro de ſex aetatibus mundi, Auctorem Libri Pontificalis, & duos Romanorum Pontif. Catalogos a Schelestrate editos To. I. Antiquit Eccleſ. p. 611., & 633. Tandem Act. 7. Concil. Chalcedonenſis, in qua Maximus Epiſcopus Antiochenus palam confeſſus eſt, thronum Antiochenae Metropoleos D. Petri thronum eſſe.

(*f*) Act. Apoſt. cap. 11. v. 26.

(*g*) Ibid. cap. 12. v. 3., & ſeqq.

Imperii caput, *& Gentium dominam perrexit*, *ut ſuam in ea ſedem collocaret*. *Primis Claudii Caeſaris annis in urbem pervenit* (*a*), *nullamque interpoſuit moram*, *quin protinus Hebraeis*, *ac Ethnicis edocendis totum ſe daret*. *Aliquanto poſt*, *cum primam* electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiae, Cappadociae, Aſiae, & Bithiniae *dediſſet epiſtolam*, *in qua Romam ſub nomine* Babylonis *indigitat* (*b*), *ſive Claudii edicto*, *quo*

K Iu-

(*a*) S. Petrum Romam veniſſe ex D. Clemente Papa ipſius diſcipulo ep. 1. ad Corinthios, Ignatio Antiocheno ep. Smyrnae ad Romanos data, Papia Iohannis diſcipulo, apud Euſeb. lib. 2. hiſt. cap. 15., Irenaeo Polycarpi Apoſtolorum diſcipuli auditore lib. 3. cap. 1., Dionyſio Corinthiorum Epiſcopo ep. ad Romanos, Clemente Alexandrino, apud Euſeb. lib. 6. hiſt. cap. 14., Tertulliano lib. de Praeſcription. cap. 36., lib. de Baptiſmo, in Scorpiaco, & contra Marcion. cap. 5., Origene, ap. Euſeb. lib. 3. hiſt. cap. 1., Cypriano Carthaginenſi Epiſcopo ep. ad Cornelium Romanum, & ep. 52., Arnobio adverſus Gentes lib. 2., Lactantio Inſtitut. lib. 4. cap. 11., & cap. 2. de mortibus Perſecutorum, Athanaſio Apolog. de Fuga ſua, Euſebio hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 14., 15. &c., Ambroſio Serm. de baſilicis haereticis non tradendis, Hieronymo de Scriptor. Eccleſ., ep. 17. ad Marcellam, & Tract. adverſus Vigilant. &c., Auguſtino lib. de haereſib. cap. 1., & ep. 165. &c., Paulo Oroſio lib. 7. cap. 4. hiſt., Optato Milevitano lib. 2. contra Parmenianum, ubi primam Cathedram Epiſcopalem in urbe Roma D. Petro collatam meminit, Theodoreto ep. 112. ad Leonem Magnum, Epiphanio haereſi 27., quae eſt Carpocratianorum, aliiſque Eccleſiae Patribus, & Scriptoribus, adeo explorata res eſt, ut vix alia habeatur teſtatior hiſtoria. Mirum itaque reperiri potuiſſe, qui Petrum Romae umquam fuiſſe negarent. Advertendum tamen eſt non omnes Patres, ac Scriptores, quos indigitavimus, loqui de eius adventu in urbem, Claudio iam Caeſare, cum alii tempus non adſignent, & alii unam tantum memorent profectionem in principatu Neronis. His inter alios adhaeſit Antonius Pagius ad an. Chr. ſecundum Baronium 45. n. 2., & 3., dum ſtatuit Petrum Romam non veniſſe ante annum Chr. 54., qui fuit Neronis Imp. primus.

(*b*) Cap. 5. v. 13. *Salutat vos Eccleſia*, *quae eſt in Babylone coelecta*, *& Marcus filius meus*. Romam ſub *Babylonis* nomine Petrum intellexiſſe, Euſebius lib. 2. c. 15., Hieronymus in lib. de Scriptor. Eccleſ.

Iudaei omnes Roma electi ſunt (a), *ſive alia de cauſſa diſceſſit, ac Ieroſolymam iterum profectus primas egit in Concilio, quod ea in urbe celebratum eſt, in quo circumciſio, & veteris legis ritus abrogati fuere* (b). *Mox loca diverſa, ac provincias obivit, divinum ubique ſpargens Evangelii ſemen, donec Romam rediit Nerone iam principe. Hoc tempore dum opus praedicationis urgeret, Deo revelante cognovit ſuae vitae terminum; ac martyrii coronam in propinquo iam eſſe* (c). *Itaque ſecundam ad eos,*

qui

Ecclеſ. loquens de Marco, & quotquot alii ad eum locum exponendum devenere antiqui Scriptores, ſi Coſma Indicopleuſtes monachus an. circiter 576. clarus excipiatur, qui in lib. 2. Topographiae Chriſtianae Petri teſtimonium ad Babylonem Chaldaeorum urbem ad Euphratem refert, unanimi profitentur conſenſu.

(a) Claudium Iudaeos omnes ab urbe expuliſſe docent Actus Apoſtolorum cap. 18. v. 2., ubi narrant ab Italia Corinthum appulſos Aquilam, & Priſcillam uxorem eius, *eo quod praecepiſſet Claudius diſcedere omnes Iudaeos a Roma*. Svetonius in Claudio cap. 25. ſcribit id a Caeſare mandatum, quia Iudaei *impulſore Chreſto* aſſidue tumultuabant. *Chreſti* nomine ab Ethnicis ſaepe fuiſſe vocatum Chriſtum Salvatorem, quidquid contra nonnulli pugnent, teſtata res eſt; nec minus exploratum, ab iiſdem Ethnicis primitivos Chriſtianos *Iudaeorum* nomine indigitatos. *Impulſore* igitur *Chreſto*, hoc eſt cauſſam praebente Chriſti doctrina, cum alii quidem Meſſiam eum adſererent, alii contra negarent, cumque ex his diſputationibus turbae orirentur, Claudius Roma expulit Iudaeos aeque ac Chriſtianos.

(b) Act. Apoſt. cap. 15. v. 4., & ſeqq.

(c) Divinus Redemptor poſtquam Petro agnos, & oves ſuas paſcendas commiſit, illum de futuro martyrio ſuo monitum voluit his verbis apud Iohannem cap. 21. v. 18., & 19. *Amen, amen dico tibi: cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Iterum de agone iamiam imminente ab eodem Redemptore Petrum edoctum, teſtis eſt idem Apoſtolus ep. 2. v. 14. *Certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi mei, ſecundum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificavit mihi.* Num autem ad hanc revelationem referendus ſit Chriſti obviam Petro facti occurſus, quem narrat

qui coaequalem ſecum ſortiti erant fidem in iuſtitia Dei, & Salvatoris Ieſu Chriſti, *dedit epiſtolam, in qua ſe cito carnis exuvias depoſiturum ſignificat* (a), *eoſque hortatur, ut ab haereticis caveant, ac Deo gratos, & in fide accepta conſtantes ſe praebeant. Aerae igitur Chriſtianae anno* LXV. *cum Nero Petri miracula* (b), *ac religionis ſtudium intellexiſſet, cuius*

rat Ambroſius concione I. de baſilicis haereticis non tradendis, quemque ſanctus doctor hauſiſſe videtur ex legitimis monumentis, quae olim de paſſione SS. Petri, & Pauli ſub Lini Romani Pontificis nomine circumferebantur, quaeque poſterior aetas ita interpolavit, fabellis, imo haereticis opinionibus immiſcuit, ut nemo eruditorum modo ſit, qui ſuppoſititia non cenſeat, alii iudicent. Ambroſii verba haec ſunt: *Idem Petrus poſtea, victo Simone, cum praecepta Dei populo ſeminaret, doceret caſtimoniam, excitavit animos Gentilium. Quibus eum quaerentibus, Chriſtianae animae deprecatae ſunt, ut pauliſper cederet. Et quamvis eſſet cupidus paſſionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus eſt. Rogabatur enim, ut ad inſtituendum, & confirmandum populum ſe reſervaret. Quid plura? nocte muro egredi coepit, & videns ſibi in porta Chriſtum occurrere, urbemque ingredi, ait,* Domine, quo venis? *Reſpondit Chriſtus*, Venio Romam iterum crucifigi. *Intellexit Petrus, ad ſuam crucem divinum pertinere reſponſum. Chriſtus enim non poterat iterum crucifigi, qui carnem paſſione ſuſceptae mortis exſuerat. Intellexit ergo Petrus, quod iterum Chriſtus crucifigendus eſſet in ſervulo; itaque ſponte remeavit. Interrogantibus Chriſtianis reſponſum reddidit; ſtatimque correptus per crucem ſuam honorificavit Dominum Ieſum.*

(a) Cap. I. v. 14.

(b) Inter miracula a beatiſſimo Apoſtolorum Principe Romae patrata, haud praetereunda eſt inſignis victoria, quam de malefico praeſtigiatore Simone Mago retulit, ut plurimi ex antiquis Scriptoribus conſentiunt, quos inter Arnobius Africanus, qui in lib. 2. adverſus Gentes, quem ſcripſit circa an. 304., poſtquam animadvertit una cum aliis Gentibus Romanos quoque, patriis ritibus derelictis, Chriſto nomen dediſſe, mox ita ſubiungit: *Viderant enim* (Romani) *currum Simonis Magi, & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Chriſto evanuiſſe. Viderant, inquam, fidentem Diis falſis, & ab eiſdem metuentibus proditum, pondere praecipitatum ſuo, cruribus iacuiſſe praefractis: poſt deinde perlatum Brundam cruciatibus, & pudore defeſſum ex altiſſimi culminis ſe rurſum praecipitaſſe faſtigio*. Tillemontius in S. Pe-

ſectatoribus incendium Urbis falſo tribuerat, eodem illum ſupplicio, quo Chriſtus Ieſus Apoſtoli praeceptor, ac dominus affici manda-

S. Petro artic. 34. coniicit *Brundam* ab Arnobio memoratam non alibi quam Romae fuiſſe. Verum Mazochius Comment. in marmor. Kalendar. Neapol. pag. 771., vocem illam pro *Brundiſio* intelligendam eſſe contendit. Cum autem ipſe Egeſippi, ſive verius Ex Ioſippi *de excidio urbis Hieroſolymitanae* hiſtoriam S. Ambroſio Mediolanenſi adhuc iuveni tamquam auctori reſtituere conetur, & in ea hiſtoria habeatur, quod Simon *Aritiam conceſſit; atque ibi mortuus eſt*; hinc ut Arnobii dictum cum Ex-Ioſippo conciliet, ſtatuit circulatorem illum Appiam viam (in qua Aricia erat, ſeu Colonia Aritia Iulia) ingreſſum ea mente fuiſſe, ut Brundiſium peteret, qui tamen debilitate victus, Ariciae ſubſtitit. Arnobio concinunt Euſebius lib. 2. hiſt. cap. 15., licet rem leviter attingat, Theodoretus lib. 1. Haeretic. Fabul. cap. 1., Ambroſius lib. 4. Exaëmeron c. 8., Auguſtinus ep. 36. c. 9., & haer. 1., Auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum lib. 6. cap. 9., qui omnes ſcribunt eam de Simone Mago victoriam retuliſſe Petrum ſolum: alii vero Petrum ſimul, & Paulum, ut Cyrillus Hieroſolymitanus in Catecheſi VI. illuminandorum, Severus Sulpicius lib. 2. hiſt. ſacrae cap. 28., Maximus Taurinenſis hom. 5. de Sanctis Apoſtolis. Num autem hoc certamen acciderit temporibus Claudii, aut in principatu Neronis incerta res eſt. Qui Paulum quoque interfuiſſe adſerunt, illud ſtatuunt ſub Nerone, quo principe ipſe Romam venit. Quod autem Philaſtrius ordinatus Epiſcopus Brixienſis circa an. 370., ſcribit in lib. de haereſ., nempe Simonem Magum pugnaſſe *cum beato Apoſtolo* (Petro) *apud Neronem regem*, neminem ante ipſum prodidiſſe conſtat. Ceterum indigitababatur olim Romae locus, ubi impoſtor ille praeceps ruit: Benedictus quippe Vaticanae baſilicae Canonicus in Ordine Romano num. 51. ap. Mabillon. tom. 2. Muſ. Ital. deſcribens Summi Pontificis iter ex eadem baſilica ad Lateranenſe Palatium, ſic ait: *Subintrat* (Pontifex) *arcum Nerviae inter templum eiuſdem Deae, & templum Iani, aſcendit ante aſilum per ſilicem, ubi cecidit Simon Magus, iuxta templum Romuli; pergit ſub arcu triumphali Titi, & Veſpaſiani, qui vocatur Septem Lucernarum &c.* Eumdem quoque locum *Simonium* fuiſſe adpellatum, Nicephorus Calliſtus lib. 2. Hiſt. cap. 36. tradit. Ad haec Gregorius Turonenſis lib. de Glor. Mart. c. 27. teſtatur, aevo ſuo exſtaſſe Romae binas in lapide foſſulas, ſuper quas beati Apoſtoli deflexo poplite contra Simonem Magum preces ad Dominum fuderunt.

mandavit. Socium habuit paſſionis Coapoſtolum Paulum, cui eiuſdem Neronis iuſſu caput fuit eodem anno ac die amputatum, ſcilicet III. *Kal. Iulias, quemadmodum pervetus Romanae Eccleſiae traditio declarat. Praeclarum hunc vitae exitum habuit Petrus Apoſtolorum Princeps, & primus Romanae urbis Epiſcopus.*

Huc uſque hiſtoriam facti expoſuimus; nunc ſunt, quae ad ipſum pertinent, monumenta referenda. Ac primo, ne copia confuſionem aliquam legentibus inducat, ea proponemus, quae circa martyrii qualitatem, locum, ac tempus, magis antiqua ſuperſunt. De martyrio teſtem habemus primi ſaeculi illuſtrem S. Clementem Pontificem, qui Apoſtoli Petri diſcipulus, primuſque poſt Linum in cathedra Romana ſucceſſor, in ſua celebri, quam ex perſona Romanae Eccleſiae ad Corinthios ſcripſit, prima epiſtola ſic narrat (a): Sed miſſis veteribus exemplis, veniamus ad proximos athletas, & aetatis noſtrae generoſa exempla ſumamus. Propter aemulationem, atque invidiam, qui Eccleſiae erant fideles, & iuſtiſſimae columnae, perſecutionem etiam uſque ad mortem paſſi ſunt. Accipiamus prae oculis noſtris bonos Apoſtolos. Petrus ob iniquam aemulationem non unum, aut alterum, ſed multos ſuſtinuit labores, atque ita martyr effectus diſceſſit ad debitum gloriae locum. Paulus patientiae praemium obtinuit, cum catenas ſepties por-

(a) Apud Petrum Couſtantium epiſt. RR. PP. pag. 12. Pariſiis 1721. Maluit autem Clemens epiſtolam hanc eccleſiae ſuae quam proprio nomine inſcribere: vel quia tum Praeſules nihil ſine eccleſiae ſuae conſilio agere ſolerent, ut Cyprianus ep. 5. ad Clerum ſuum memoravit his verbis: *Solus reſcribere non potui, quando a primordio Epiſcopatus mei ſtatuerim, nihil ſine conſilio veſtro, & conſenſu plebis, mea privatim ſententia, gerere*: vel etiam ne proprias partes tueri videretur, ſi ubi reſtauranda erat apud Corinthios eccleſiaſticis viris competens dignitas, atque reverentia, aut ipſe ſolus, aut cum eo Clerus ſine plebe eccleſiam illam alloqueretur. Ita Couſtantius in notis ad eamdem epiſtolam.

portaſſet, virgis caeſus, ac lapidatus eſſet, Praeco factus in Oriente, & Occidente, eximium fidei ſuae decus accepit.. Cum totum mundum docuiſſet iuſtitiam, & ad Occidentis terminum veniſſet, ac ſub principibus martyrium paſſus eſſet; ita e mundo migravit, & in locum ſanctum abiit, ſummum patientiae exemplar effectus. *Dionyſius Corinthi Epiſcopus in ſuis ad Romanos litteris* (a) [*eas autem ſcripſit tempore Soteris Pontificis, qui ſedit ab anno* 168. *ad annum* 177.] *de Petri, ac Pauli martyrio haec habet*: Ita & vos tanta admonitione veſtra ſementem, quae Petri, ac Pauli ſatione ſuccreverat, Romanos ſcilicet, & Corinthios ſimul commiſcuiſtis. Ambo enim illi in urbem noſtram Corinthum ingreſſi, ſparſo evangelicae doctrinae ſemine nos inſtituerunt; & in Italiam ſimul profecti cum vos ſimiliter inſtituiſſent, eodem tempore martyrium pertulerunt. *Sed magis clare de Petri martyrio Tertullianus loquitur, qui & ipſe ſaeculo* II. *floruit; nam in libro de Praeſcriptionibus, dum Apoſtolicas recenſet Eccleſias, haec ait* (b): Si autem Italiae adiaces habes Romam, unde nobis quoque auctoritas praeſto eſt. Iſta quam felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt! ubi Petrus paſſioni dominicae adaequatur; ubi Paulus Iohannis exitu coronatur, ubi Apoſtolus Iohannes poſteaquam in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. *Idem in fine libri Scorpiaci adverſus Gnoſticos*: Vitas Caeſarum legimus, orientem fidem Romae primus Nero cruentavit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci adſtringitur. *Et contra Marcionem* (c): Videamus quid etiam Romani de proximo ſonent, quibus Evangelium & Petrus, & Paulus ſanguine quoque ſuo ſignatum reliquerunt. *Sub initium ſaeculi* III., *Zephyrino Pontifice ſedente, Romam venit Origenes, qui Petri marty-*

(a) Apud Euſeb. lib. 2. cap. 25.
(b) Cap. 35. pag. 125. Venetiis 1701.
(c) Lib. 4. cap. 5.

martyrium apud Euſebium (*a*) *enarrans primus rem aliis haud memoratam adiungit. En illius verba*: At Petrus per Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam, atque Aſiam Iudaeis, qui in diſperſione erant, praedicaſſe exiſtimatur. Qui ad extremum Romam veniens, cruci ſuffixus eſt capite deorſum demiſſo: ſic enim ut in cruce collocaretur, oraverat. De Paulo iam quid attinet dicere, qui ab Hieroſolymis uſque ad Illyricum munus evangelicae praedicationis implevit, ac poſtremo Romae ſub Nerone martyrio perfunctus eſt? *Novo plane modo Apoſtoli ſupplicium fuiſſe peractum Origenes hic tradit*, capite *ſcilicet* deorſum demiſſo. *Et quamquam Pierius Alexandrinus, Iunior Origenes dictus, qui, teſte S. Hieronymo* (*b*), *eodem ſaeculo claruit, & diu Romae verſatus fato ibidem conceſſit, nihil eiuſmodi referat, ubi Principis Apoſtolorum paſſionem commemorat his verbis* (*c*): Petrus Apoſtolorum primus ſaepe comprehenſus, & cuſtodiae traditus, ignominiaque affectus, poſtremo Romae crucifixus eſt; *tamen ſaeculi* IV. *Scriptores graviſſimi non deſunt, qui hoc ipſum confirment. In primis D. Ambroſius, qui anno* 374. *Mediolanenſem Eccleſiam regendam ſuſcepit, haec habet* (*d*): De Petro quid loquar, qui crucem ſuam futura remuneratione indignam arbitratus, inverſo ſuſpendi popoſcit veſtigio, ut aliquid paſſioni ſuae adderet, cuius acerbare ipſe ſibi ſupplicia non timuit? *Et alibi* (*e*): Non fuit opprobrio Petro crux Chriſti, quae tantum ei gloriae dedit, ut inverſis Chriſtum honoraret veſtigiis; metuens ne ſi ea ſpecie crucifixus eſſet, qua Dominus, affectaſſe Domini gloriam videretur. *Nec aliter ſcribit S. Gaudentius ab eo Epiſco-*

(*a*) Lib. 3. cap. 1.

(*b*) De Scriptor. Eccleſiaſt.

(*c*) Apud Foggin. de Romano D. Petri itinere pag. 71.

(*d*) Lib. 1. de interpellat. Iob, & David. cap. 1.

(*e*) In expoſit. in Pſalm. 118. ſerm. 21. n. 21.

Epiſcopus Brixiae ordinatus anno 387. (*a*): Per huius Magiſtri [*Ieſu Chriſti*] veſtigia gradiuntur fideles diſcipuli Petrus, & Paulus .... In hoc enim die apud urbem Romam ambos pro Chriſti nomine Neronis crudelitas interfecit, Domini iuſtitia coronavit. Petrus crucifigitur verſo ad terram capite, & in ſublime pedibus elevatis, aſſerens indignum ſe, qui ita crucifigeretur, ut Dominus ſuus. *Idem & alii ſaeculi* IV. *Scriptores teſtantur*, *concinitque Prudentius vates Chriſtianus*, *ut ſtatim videbimus*. *Capite igitur in terram converſo D. Petrus cruci applicatus videtur*; *ſed utrum clavis*, *an funibus*, *inexplorata res eſt*; *nam Tertulliani verba ſupra memorata potius Chriſti praedictionem*, *quam genus vinculorum reſpiciunt*. *Sunt qui poſt illum de clavis loquantur*, *& praeſertim S. Auguſtinus*, *qui clavos a Petro expertos commemorat* (*b*), *Theodoretus Epiſcopus Cyri*, *qui eoſdem clavos pariter indigitat* (*c*), *& auctor panegyrici Sermonis* in Principes Apoſto-

(*a*) In Serm. de SS. Apoſt. Petr., & Paulo.

(*b*) Serm. 253. de ultima lectione Evangelii Iohan. 21. To. 5. pa t. 1. Opp. pag. 1046. Venetiis 1731., ubi haec habet: *Aut de paſſione Petri dixit Dominus*, *quod dixit* (Iohan. cap. 21. v. 21., & 22.) *aut de Evangelio Iohannis*. *Quod eſt de paſſione*: *ut ſit*, ſequere me, *patere pro me*. *patere quod ego*. *Crucifixus eſt enim Chriſtus*, *crucifixus eſt & Petrus*. *Expertus eſt clavos*, *expertus eſt cruciatus*. *Iohannes autem nihil eorum expertus eſt*: *hoc eſt*, Sic eum volo manere, *ſine vulnere*, *ſine cruciatu dormiat*, *& exſpectet me*. Tu me ſequere, *patere quod ego*: *ſanguinem fudi pro te*, *funde pro me*. *Uno ergo iſto modo exponi poteſt quod dictum eſt*, Sic eum volo manere, donec veniam: tu me ſequere. *Nolo ut ipſe patiatur*, *tu patere*. *Secundum &c.*

(*c*) In Orat. de Caritat. Opp. Tom. 4. pag. 689. Pariſiis 1642. eius haec verba ſunt: *Cumque a Nerone crucis ſupplicio propter Crucifixum* (Petrus) *damnatus eſſet*, *lictores orabat*, *ne eodem quo Dominus modo crucifigeretur*, *ſed contra atque ille ſuſpenderetur*: *metuens videlicet*, *ne ſimilitudo paſſionis aequalem ſibi apud ignaros honorem afferret*. *Propterea manus deorſum*, *pedes ſurſum affigi rogavit*. *Ultimum enim locum non in honore ſolum*, *verum etiam in opprobrio*, *& ignominia eligere didicit*.

Digitized by Google

Apoſtolorum Petrum, & Paulum, *quem Simeon Metaphraſtes perperam D. Chryſoſtomo attribuit* (a): *Hic ſiquidem expreſſe dicit*: O clavos illos beatos, qui membra illa ſanctiſſima pertranſierunt. *Verum antiqua monumenta parum hac in re ſibi conſtant*; *alia namque Apoſtolum funibus cruci conſtrictum exhibent*, *ut remotiſſimi aevi pictura*, *quae Romae erat in baſilica Siciniana* ad Macellum Liviae, *deinde* S. Andreae in Barbara, *ſeu* Cata Barbara Patricia *nuncupata*, *quamque opinatur Ciampinius* (b) *ad quintum*, *vel ſextum ſaeculum pertinere*; *alia vero*, *etſi poſteriora*, *D. Petrum quatuor clavis cruci ſuffixum oſtendunt*, *ut cernere eſt in tabula marmorea*, *quam Cryptae Vaticanae adſervant*, *egregie illuſtrata per virum eruditiſſimum Philippum Laurentium Dionyſium* (c), *atque etiam in poſtibus aeneis*, *quibus Eugenius IV. maiorem baſilicae Vaticanae portam ornari curavit*, *quorum ectypus viſitur penes laudatum Ciampinium* (d). *Inquirendi nunc tempus*, *quo Urbis loco D. Petrus martyrium ſubierit*.

Nemo hunc locum aperte indicavit ante Prudentium Chriſtianum Poëtam, *qui Caeſaraugustae in Hiſpania ortum habuit an.* 348. *Hic in eo hymno*, *quo SS. Petri*, *& Pauli martyrium celebravit*, *ita locum paſſionis deſignat* (e):

PASSIO BEATORUM APOSTOLORUM PETRI, ET PAULI.

Plus ſolito coëunt ad gaudia: dic amice quid ſic
  Romam per omnem curſitant, ovantque?
Feſtus Apoſtolici nobis redit hic dies triumphi,
  Pauli atque Petri nobilis cruore.

L Unus

(a) Vid. Tom.8. Opp. Pariſiis 1728. inter Opera ſpuria pag.7.
(b) Veter. Monum. Tom. 1. cap. 7. Tab. 25. pag. 63. Romae 1747.
(c) Sacrar. Vatic. baſil. Cryptar. monumenta Tab. 79.
(d) Tom. cit. Tab. 19. p. 45.
(e) In lib. de Coronis Hymn. 12. pag. 293. Pariſiis 1687.

Digitized by Google

Unus utrumque dies, pleno tamen innovatus anno
  Vidit ſuperba morte laureatum.
Scit Tiberina palus, quae flumine lambitur propinquo
  Binis dicatum ceſpitem tropaeis.
Et crucis & gladii teſtis, quibus irrigans eaſdem
  Bis fluxit imber ſanguinis per herbas.
Prima Petrum rapuit ſententia legibus Neronis,
  Pendere juſſum praeminente ligno.
Ille tamen veritus celſae decus aemulando mortis
  Ambire tanti gloriam magiſtri:
Exigit ut pedibus merſum caput imprimant ſupinis,
  Quo ſpectet imum ſtipitem cerebro.
Figitur ergo manus ſubter, ſola verſus in cacumen,
  Hoc mente maior, quo minor figura.
Noverat ex humili caelum citius ſolere adiri,
  Deiecit ora, ſpiritum daturus.
Ut teres orbis iter flexi rota percucurrit anni,
  Diemque eumdem ſol reduxit ortus:
Evomit in iugulum Pauli Nero fervidum furorem,
  Iubet feriri gentium magiſtrum.
Ipſe prius ſibimet finem cito dixerat futurum:
  Ad Chriſtum eundum eſt, iam reſolvor, inquit.
Nec mora protrahitur, poenae datur, immolatur enſe,
  Non hora vatem, non dies fefellit.

Ea verba Tiberina palus, *&* flumine propinquo *nil aliud certe ſignificant, quam campum Tiberi proximum, quem idcirco paludem vocat, quia ſtagnantibus aquis, vel ob pluvias immodicas, vel ob fluminis inundationes frequenter operiebatur. Huic loci deſcriptioni mire congruit ea planities, quae Tiberim inter, & montis Vaticani radices excurrit. Cetera loca nil habent eiuſmodi, & mons Ianiculus praecipue, in cuius ſummitate, ubi nunc eſt eccleſia S. Petri in monte Aureo, aliquorum opinio, quae ſaec.* XV. *iam vigebat. Principis Apoſtolorum martyrium contigiſſe putavit, quod Maphaeus Vegius eodem ſaeculo comproba-*

re

re ſtuduit (*a*) . *Verum ſi ipſi innotuiſſent Prudentii verſus , nullus dubito quin opinionem hanc reieciſſet . Nec unus huiuſce rei auctor*

L 2 *Pru-*

(*a*) In lib. 2. cap. 1., & 2. de reb. autiq. memorab. baſilicae S. Petri pag. 69., & 70. his potiſſimum argumentis comprobare nititur opinionem ſtatuentem martyrium D. Petri in monte Aureo, ſive in Ianiculo : *Quamquam non ignorem , fuiſſe aliam quorumdam ſententiam , qui dixerint , tranſtuliſſe illud noctu beatum Cornelium Papam ex Catacumbis , rogatu matronae cuiuſdam Lucinae , in cuius hortis aedificata poſtea fuit baſilica Sancti Pauli , recondidiſſeque in monte Aureo , ubi templum Apollinis erat , nunc Sancti Petri , ex nomine eius , ubi & crucifixus eſt : atque inde rurſum per beatum Silveſtrum Papam , & Conſtantinum Imperatorem ad baſilicam eius , ubi nunc iacet , corpus ipſum translatum fuiſſe : quorum opinionem manifeſte beati Gregorii auctoritas arguit : cui & ego , quod verius loqui videatur , aſſentior . Illud tamen non negaverim , B. Petrum in monte Aureo crucifixum fuiſſe , quod & illi putant ; verum in Catacumbis , ubi cetera , & plurimum Chriſtianorum corpora recondebantur , ſemper ſepultum manſiſſe , donec tandem ad baſilicam , per Conſtantinum erectam , translatum fuit . Nam quod in monte Aureo crucifixus fuerit B. Petrus , comprobare ſatis videtur auctoritas Gai cuiuſdam antiqui ſcriptoris , quem in hiſtoria eccleſiaſtica Euſebius refert ; qui & cum Zepherino Epiſcopo Romano adverſus Proculum quemdam Cataphrygam diſputans , haec de Apoſtolorum commemorat locis :* Ego (*inquit*) habeo trophaea Apoſtolorum , quae oſtendam . Si enim procedas via regali , quae ad Vaticanum ducit , aut via Oſtienſi ; invenies trophaea defixa , quibus ex utraque parte ſtatutis , Romana communitur eccleſia . *Eſt enim mons Aureus , in quo crucifixum , ac tumulatum diximus B. Petrum , ſitus recte via ipſa regali , quae ad Vaticanum ducit , & in qua trophaeum B. Petri defixum eſſe , Gaius tradit : cuius auctoritatem retuliſſe , non fuerit inutile , propter quoſdam alios , quorum adverſa eſt his opinio ; ut cognoſcant ſe errare , cum exiſtimant , apud molem Hadriani Imperatoris , ubi nunc eſt templum S. Mariae in Tranſpadina , B. Petrum crucifixum fuiſſe ; proindeque corpus eius ibi quieviſſe , non alia ratione , quam quod ſcriptum inveniatur , inter duas metas mortem eum ſuſtinuiſſe : templum autem S. Mariae in Tranſpadina ſitum ſit inter duas metas , quarum una eſt moles Hadriani &c.* Totum Vegii argumentum Caii verbis innititur , quae nos in Serie Chronologica monumentorum ſaeculi ſecundi recenſebimus . Ad rem autem adnotaſſe ſufficiat , quod cum in recitato teſtimonio apud Euſebium , qui Caii verba retulit in lib. 2. cap. 25. hiſt. Eccleſ. , altum plane habeatur ſilentium de *via regali , quae ad Vaticanum ducit* , Vegii

Prudentius eſt ; nam Ennodius Ticinenſis , qui cadente V. *Eccleſiae ſaeculo vixit , & ipſe limina beati Apoſtoli Petri , ſeu campum Vaticanum* natale ſolum , *ex martyrio ſcilicet illic peracto , vocavit , ut infra in Serie monumentorum Chronologica luculentius patebit . Poſt hunc eadem & alii tradiderunt Scriptores , inter quos Petrus Comeſtor* (*a*) , *quamquam ſaeculo* XII. *ſcripſit , haud minimam tamen fidem meretur , propterea quod ex vetuſtis memoriis eam , quam habemus , hiſtoriam confecit . Haec ille de martyrii loco notata reliquit* : De loco autem videntur minus ſentire quidam , quia putant in eodem loco occiſos quia legitur : *Glorioſi Principes terrae , quomodo in vita ſua dilexerunt ſe , ita & in morte non ſunt ſeparati* . Potius tamen videtur Paulus tamquam Civis honorabiliori morte occiſus , quia gladiatus (*b*) , & in Catacumbis verſus occidentem ;

gii argumentum ſponte ſua corruere neceſſe eſt . Is certe , qui exacti ceteroquin iudicii virum ſe prodit , ſi Graecum Caii textum , aut fidelem ſaltem verſionem latinam conſuluiſſet , procul dubio argumentum illud repudiaſſet . Caii teſtimonio addit poſtmodum aliam traditionem de loco martyrii Principis Apoſtolorum *inter duas metas* , quamque ut ſua cum opinione componat , nempe ut montem Aureum , ubi praeclarum certamen ſtatuit , medium inter duas metas exſiſtere demonſtret ; geminam illam metam eas eſſe cenſet , quarum altera in Vaticano exſtabat , altera iuxta montem Aventinum , ſcilicet Caii Ceſtii ſepulcrum . Nihil ineptius excogitare potuit Vegius , uti pluribus demonſtrat cl. Philippus Laurentius Dionyſius *Crypt. Vatic. monum. illuſtr. pag.*196., *& ſeq.* , ubi binas illas metas cum Franciſco Blanchinio interpretatur duo extrema ſpinae Circi Vaticani , ſive etiam cum Ferdinando Carolo , duos in Vaticano Circos exſtitiſſe animadvertente , geminas horum Circorum metas , inter quas D. Petrum martyrium conſummaſſe vetus traditio eſt .

(*a*) Hiſt. Act. Apoſt. cap. ult.

(*b*) Aut per *ſecurim* , aut per *gladium* capite plectebantur rei apud Romanos . Paulo gladio caput amputatum fuiſſe teſtes ſunt vetera monumenta , & antiqui Scriptores , quos inter memoranda eſt Helpis uxor Severini Boëthii , quae ita cecinit Hymn. I. in Natal. SS. Apoſt. To.6. Collect. vet. Poëtar. p.256. Piſauri 1766:

Ianitor caeli , Doctor Orbis pariter ,
Iudices ſaecli , vera mundi lumina ,

Per

tem; Petrus vero crucifixus in Vaticano, in vico ſcilicet, qui eſt extra civitatem, ubi fiebant dolia. *Tanto autem potior eſt haec adſertio, quod Romani extra urbem ſupplicio afficere nocentes ſolebant, ex quo fit, ut D. Petrus in Vaticano, uti Prudentius, Ennodius, & Petrus Comeſtor adnotarunt, & non in Ianiculo, uti poſterior opinio aſſerit, qui a Rege Anco Martio, ut referunt Livius* (a), *ac Dionyſius Halicarnaſſaeus* (b), *intra urbem incluſus fuit, mortem ſubire debuerit. Eodem ſaeculo* XII. *Petrus Mallius de loco, in quo D. Petrus in crucem actus fuit, haec litteris mandavit* (c): In Naumachia iuxta Eccleſiam S. Mariae in Tranſpadina, eſt ſepulcrum Romuli, quod vocatur Meta, quae fuit miro lapide tabulata, ex quibus opus graduum S. Petri peractum fuit. Haec habuit circa ſe plateam Tiburtinam viginti pedum, cum cloaca: & floribus ſui [*l. & foricis ſuis*]. Habuit quoque circa ſe terebinthum Neronis, tantae altitudinis, quantum eſt caſtellum Hadriani Imp., miro lapide tabulatum: quod aedificium rotundum fuit cum duobus geronibus ſicut caſtellum; quorum labia erant cooperta tabulis lapideis pro ſtillicidiis; & iuxta hoc aedificium crucifixus fuit B. Petrus Apoſtolus. *Huius traditionis monumentum in antiquo lapide verſibus concinnatum exſtabat in veteri S. Mariae Tranſpontinae* tem-

Per crucem ille, alter enſe triumphans,
Vitae ſenatum laureati poſſident.
Gladii ſupplicium ictu ſecuris ignominioſius erat. *Quod vero* (ita Baronius an. 226. n. 3.) *tum hic Calepodius, tum alibi alii complures gladio caeſi reperiantur, non ſecuri, id maioris ignominiae cauſſa fieri ſolitum videri poteſt: ſiquidem Conſulum, & Proconſulum ſecures erant; gladius vero etiam inferioris ordinis iudicum: Praetorum enim gladius erat inſigne.* Ignominiam certe maiorem ſubindicat increpatio percuſſori viri clariſſimi Papiniani facta ab Antonino Caracalla apud Spartianum in Geta: *In conſpectu eius* (Caracallae) *Papinianus ſecuri percuſſus eſt .... Quo facto, percuſſori dixit: Gladio te exſequi oportuit meum iuſſum.*

(a) Lib. 1. cap. 33.

(b) Lib. 3. cap. 45.

(c) Hiſt. baſilicae Vatic. cap. 7. n. 130.

Digitized by Google

templo , evulgatumque fuit a Franciſco Maria Turrigio (*a*). *Locum autem , quem Mallius indigitat , ad Vaticanum pertinere manifeſtum eſt ; nec diſſentit Liber Pontificalis* (*b*) , *ubi diſerte aſſerit , beatum Apoſtolum ſepultum fuiſſe* via Aurelia in templo Apollinis , iuxta locum , ubi crucifixus eſt , ſecus palatium Neronianum in Vaticano , iuxta territorium triumphale. *Ex locis conterminis , quae hic indicantur , non alius iſte fuiſſe videtur , quam ipſe Neronis Circus , qui ab auctore Libri Pontificalis* palatium Neronianum *vocatur , in valle Vaticana poſitus , atque intra eiuſdem Neronis hortos clauſus . Ibi enim in perſecutione , quae an.* 64. *C. Lecanio Baſſo , M. Licinio Craſſo Coſs. primum excitata in Chriſtianos fuerat , quos veluti incendii Urbis auctores , ac reos ſubſtituerat Nero , plures alios variis ſuppliciorum generibus , crucis etiam afflictos ab eodem fuiſſe , auctor eſt Tacitus* (*c*) : Primo correpti , *inquit* , qui fatebantur , donec indicio eorum multitudo ingens , haud perinde in crimine incendii , quam odio humani generis convicti ſunt (*d*) . Et pereuntibus addita ludibria , ut ferarum tergis contecti , laniatu canum interirent , aut crucibus affixi , aut flammandi : atque ubi defeciſſet dies , in uſum nocturni luminis urerentur . Hortos ſuos ſpectaculo Nero obtulerat , & Circenſe ludicrum edebat habitu aurigae , permixtus plebi , vel curriculo inſiſtens . *His poſitis cum auctores huc uſque allati doceant D. Petrum crucifixum fuiſſe in* Tiberina palude , *uti cecinit Prudentius ſaec.* IV. , *in* Natali ſolo , *nempe in* Vaticano , *uti Ennodius ſaec.* V. *aiebat* , in Vaticano, in vico ſcilicet extra civitatem , *uti Petrus Comeſtor ſaec.* XII. *adno-*

(*a*) Le Sagre Grotte Vaticane pag. 139.

(*b*) Tom. I. pag. 8. , & ſeq.

(*c*) Lib. 15. Annal. cap. 44.

(*d*) Chriſti aſſeclae tamquam genus *hominum ſuperſtitionis novae* , *& maleficae* , teſte Svetonio in Nerone cap. 16. , atque *odio humani generis convicti* , olim per ſummam iniuriam ab Ethnicis traducebantur .

Digitized by Google

adnotavit ; *& eodem ſaeculo Petrus Mallius* iuxta Neronis terebinthum , *ac tandem Liber Pontificalis* non procul a loco, ubi ſepultus eſt ; *ſeu in eodem loco , uti habet ſequens inſcriptio apud Gruterum (a)* :

Antiſtes Xpi Dni devotus Achilles
Culmina magna pii ſtruxit honore Petri
Nemo putet vacuam venerandi nominis aulam
Siſtere quod non ſit corporis iſta domus
Magna quidem ſervat venerabile Roma ſepulcrum
In quo pro Xpi nomine paſſus obit
Sed non & meritum monumenta includere poſſunt
Nec quae corpus habent ſaxa tenent animam
Victor enim mundi ſuperata morte triumphans
Sps ad ſummum pergit in aſtra Deum
Cumque ſit in Xpo vita durante repoſtus
Ad Xpm totus martyr ubique venit
Ille ſuos ſanctos cunctis credentibus offert
Per quos ſupplicibus praeſtat opem famulis.

Cumque ex hiſce notis nullam monti Ianiculo convenire conſtet , ſtatuendum eſt ſanctum Apoſtolum non in Ianiculo , ſeu in monte Aureo , ſed in Vaticano martyrem occubuiſſe .

Unum contra hanc veterem traditionem obiici poteſt , nempe quod iam ab antiquis temporibus Petrum prope Naumachiam cruci ſuffixum fuiſſe traditum fuerit , Naumachia autem celeberrima in Tranſtiberina regione exſtiterit ad radices Ianiculi : Eſto ; numquid vero una tantum Naumachia in Urbe ? Mallius , cuius verba ſupra retulimus , Naumachiam indigitat aliam certe ab illa Tranſtiberinae regionis . Fuiſſe autem celebrem apud Vaticanum Naumachiam tradiderant olim Andreas Fulvius , Marlianus , & L. Faunus a Paulo Aringhio (b) lauda-

(a) Pag. 1175. n.7. (b) Lib. 2. Romae ſubterr. cap. 5. n. 3.

laudati. *Mitto quod P. Victor Reg. XIV. NAVMACHIAE numero plurativo poſuerat*, *ut & alia eius rei documenta*. *Illud magis huc pertinet*, *quod in Actis S. Sebaſtiani legitur*, *Ethnicos in B. Zoën*, *dum ad S. Petri Confeſſionem intenſius oraret*, *impreſſionem feciſſe*, *eamque ad* Patronum regionis Naumachiae *illico perduxiſſe*. *Meminit eiuſdem Naumachiae ad Vaticanum pluries Liber Pontificalis in Leone III.*, *& Paſchali I.* (*a*), *ubi loquitur de hoſpitali S. Peregrini poſito ad S. Petrum Apoſtolum in loco*, *qui vocatur* Naumachia. *Sed & tota Vaticana planicies vocabatur olim* ad Naumachiam : *quod ex pluribus baſilicae Vaticanae documentis compertum Aringhius praedicat*. *Hoc ipſum ex S. Petri geſtis*, *quae Lino inſcribuntur*, *patet*, *& magis ex Graecis eiuſdem Apoſtoli Actis*, *ex quibus haec latine recitat idem Aringhius*: Suſtulerunt corpus S. Petri clam, & poſuerunt illud ſub terebintho prope Naumachiam, in loco qui dicitur Vaticanus. *Qui auctor eodem loco Petrum in crucem actum proxime dixerat hiſce verbis* : Deducitur Petrus in eam partem montis Vaticani, quae ſuperne arborem terebinthum habet, & inferne in ſubiecta planitie Naumachiam. *Quae cum ita ſint*, *ratio mox obiecta evaneſcit*. *Itaque campo Tiberino locus eſt aſſignandus*, *in quo SS. Apoſtoli Petrus*, *& Paulus martyrii palmam acceperunt*, *primus e Vaticani parte in crucem ſublatus*, *ſecundus vero e parte oppoſita viae Oſtienſis*, *ut civem Romanum* (*b*) *oportuit*, *capite truncatus*. *Hinc Tertullianus*

(*a*) Tom. 2. pag. 295. 301., & 333.

(*b*) *Dic mihi ſi tu Romanus es?* (aiebat Tribunus Paulo in Act. Apoſt. cap. 22. v. 27., & 28.) *At ille dixit : Etiam*. *Et reſpondit Tribunus : Ego multa ſumma civilitatem hanc conſecutus ſum*. *Et Paulus ait : Ego autem & natus ſum*. In epiſtola eccleſiarum Vienneſis, & Lugdunenſis de martyrio S. Pothini Epiſcopi, & aliorum plurimorum apud Euſebium hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 1. pag. 178. de poena capitis nonnullis Romanis civibus inflicta haec leguntur : *Praeſes beatiſſimos martyres ad tribunal adduci iuſſit*, *tamquam in theatrali pompa eos populo oſtentans*. *Cumque illos denuo interrogaſſet*, *quicumque cives Romani reperti ſunt*, *capite truncati*, *reliqui traditi ſunt beſtiis*.

nus non minus eleganter, *quam vere* (*a*) : Paulus civitatis Romanae conſequitur nativitatem, cum illic martyrii renaſcitur generoſitate (*b*). *Locum*, *ubi Doctor gentium gladio percuſſus occubuit*, *nemo clarius quam S. Gregorius Magnus expreſſit*, *cum baſilicae S. Pauli maſſam* ad Aquas Salvias *donaret*. *Eius verba hic ponimus ex epiſtola ad Felicem Subdiaconum*, *&* Patrimonii Appiae *Rectorem*, *non ea quidem*, *quae typis habetur vulgata* (*c*), *ſed quae marmore inſculpta in eadem baſilica etiamnum exſtat* (*d*) : Cum igitur pro eccleſia beati Pauli apoſtoli ſollicitudo nos debita commoneret ne minus illic habere luminaria iſdem praeco fidei cerneretur qui totum mundum lumine praedicationis implevit & valde incongruum ac eſſe duriſſimum videretur ut illa ei ſpecialiter poſſeſſio non ſerviret in qua palmam ſumens martyrii capite eſt truncatus ut viveret utile iudicavimus eandem maſſam quae aqua ſalvias (ſic) nuncupatur cum omnibus fundis ſuis ideſt . cella vinaria . antoniano . villapertuſa . bifurco . priminiano . caſſiano . ſilonis . corneli . terſellata . atque corneliano cum omni iure inſtructo inſtrumentoque ſuo & omnibus generaliter ad eam pertinentibus eius cum xpi gratia luminaribus deputare &c. dat. VIII. kal. februa-

M

(*a*) In fin. lib. Scorpiaci.

(*b*) S. Gregorius Nyſſenus in Orat. 8. de Beatitudine To. 1. Opp. Apoſtolum Paulum cruce martyrium conſumaſſe ſcribit : *Crucem Paulus excepit*, *gladium Iacobus*, *lapides Stephanus*, *capite deorſum verſo crucifixionem beatus Petrus*. Verum eius auctoritas hac in re tanti facienda non eſt, ut unanimi Patrum, Scriptorumque Eccleſiaſticorum conſenſui praeferri debeat. Apoſtolo Paulo, iubente impio Nerone, caput fuiſſe amputatum, qua poena cives Romani plectebantur, Euſebius lib. 2. cap. 25. hiſt., S. Gaudentius Brixianus Epiſcopus in Sermone de SS. Apoſtolis, S. Petrus Alexandrinus can. 9. Poenit., S. Hieronymus de Script. Eccleſ. cap. 15., Paulus Oroſius lib. 7. cap. 3. hiſt., aliique multi apertiſſime tradiderunt.

(*c*) Lib. 12. ep. 7.

(*d*) Galletti Inſcript. Roman. infimi aevi Tom. 1. pag. 5. Romae 1760.

bruarias imp. dn. n. Fhoca (ſic) pp. aug. anno ſecundo & conſulatus (ſic) eius anno primo ind. ſeptima.

Quoad loca, in quibus SS. Apoſtolorum corpora ſepulta fuerunt, tum perantiqua traditio, tum Scriptorum, quos retulimus in Praefatione, ac iam relaturi ſumus in Serie Chronologica, auctoritas docet, S. Petri corpus in Vaticano iuxta viam triumphalem *ſepulcro conditum fuiſſe, eodemque prorſus modo alterum S. Pauli* in via Oſtienſi *iacuiſſe; imo ut ſcribit D. Iſidorus Hiſpalenſis* (*a*) *S. Petrus ſepultus fuit* Romae in Vaticano, ſecus viam triumphalem, tertio lapide ab urbe ad orientalem plagam, *&* *S. Paulus* Romae in via Oſtienſi, anno poſt paſſionem Domini XXXVII., tertio ab urbe Roma milliario contra orientalem plagam; *ſic enim utriuſque ſepulturae loca magis diſtincte adnotantur. Circa tertium lapidem, ſeu milliarium ab Urbe, de quo S. Iſidorus, illud animadverti volumus, quod veteres milliaria a Foro Romano numerare incipiebant, quodque eadem quinta erant parte minora, quam nunc apud Italos ſunt. Hinc maior Vegetio* (*b*) *fides, cum ſcribit Romanos olim exercitus omnium maxime gentium labori ferendo aſſuetos in itinere cum eſſent, unoquoque die viginti paſſuum millia, ſeu viginti milliaria percurriſſe; nam praeterquamquod id fieri oportebat quinque horis aeſtivis, quae multo apud illos brumalibus erant longiores, ſi quinta huiuſcemodi ſpatii pars detrahatur, perſpicuum erit militaria haec itinera ſexdecim noſtris milliaribus nihilo ampliora fuiſſe*: Militari ergo gradu [*ita Scriptor ille*] viginti milia paſſuum, horis quinque dumtaxat aeſtivis conficienda ſunt. Pleno autem gradu, qui citatior eſt, totidem horis viginti quatuor milia peragenda ſunt. *Sed haec iam ſatis.*

Agen-

(*a*) De vit., & mort. Sanctorum cap. 69., & 70. pag. 540. Pariſiis 1601.

(*b*) De re milit. lib. I. cap. 9. pag. 5. Pariſiis 1535.

Agendum nunc eſt de tempore, atque anno, quo Petrus, & Paulus martyrium ſunt paſſi. Ac primo quidem loco is Prudentii verſus occurrit, quem ſupra retulimus:

Unus utrumque dies pleno tamen innovatus anno.

Ibi namque Poëta clarius indicare videtur Pauli mortem poſt integram anni revolutionem contigiſſe anniverſario die, quo Petrus accubuit. Nec Prudentii tantum opinio haec fuit; ſiquidem D. quoque Auguſtinus decollationem Pauli Petri martyrio poſteriorem putavit (a): Unus dies paſſionis duobus Apoſtolis. Sed & illi duo unum erant: quamquam diverſis diebus paterentur, unum erant. Praeceſſit Petrus, ſecutus eſt Paulus, ſicut traditione Patrum cognitum memoria retinetur. *Hoc idem apertius attigit in eo ſermone, qui ſuo proxime ſtilo accedit, ipſique tribuitur in vetuſtis Lectionariis* (b): Natalitio ergo Petri paſſus eſt Paulus. *Poſt illum nemo ex antiquis Latinis Scriptoribus praeter Aratorem Subdiaconum, qui ſaeculo* VI. *floruit, huius adſertor opinionis reperitur. Hic Apoſtolicam hiſtoriam Vigilio Papae dicatam* (c) *heroico metro complexus ita de Pauli*

morte

(a) Serm.295. in Natal. Apoſtolor. Petri, & Pauli cap. 7. Tom.5. part.2. Opp. pag.1197. Venetiis 1731.

(b) Serm.381. de Nat. Apoſt. Petri, & Pauli Tom.5. part.2. Opp. pag.1480,

(c) Philippus Labbeus Tom.1. Biblioth. Manuſcriptorum p.668. Pariſiis 1657. refert notam oblationis, & recitationis verſuum Aratoris S. R. E. Subdiaconi, ex codice Vaticano eadem manu qua liber ipſe, & ex alio Remenſi codice, cuius meminit Sirmundus ad Ennodii epiſtolam I. lib.9., quae ita ſe habet: *Beato domno Petro adiuvante oblatus hic Codex ab Aratore inluſtri, ex Comite Domeſticorum, ex Comite Privatarum, viro religioſo, Subdiacono S. Eccleſiae Romanae Sedis Apoſtolicae, Sancto, atque Apoſtolico viro Papae Vigilio, & ſuſceptus ab eo die VIII. Idus Aprilis in Presbyterio ante Confeſſionem B. Petri cum ibidem plures Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, & Clerici pars maxima intereſſent. Quem cum ibidem legi pro aliqua parte feciſſet, Surgentius vir venerabilis Primicerius Scholae Notariorum in ſcrinio dedit Eccleſiae collocandum. Cuius Beatitudinem literati omnes, doctiſſimique continuo rogaverunt, ut eum iuberet publice recitari. Quod cum fieri praecepiſſet in eccleſia B. Petri,*

quae

morte ſcriptum reliquit (*a*):

. . . . geminos quos edidit aſtris,
Non eadem, tamen una dies, annique voluto
Tempore ſacravit repetitam paſſio lucem;
Et tenet aeternam ſocialis gloria palmam.

Ex Graecis Photius (*b*) *locum affert S. Nili diſcipuli S. Iohannis Chryſoſtomi, qui martyrium Petri ante Pauli exitum ponit, & Simeon Metaphraſtes, qui, adprobantibus Colomeſio, & Iunio* (*c*), *refert Iuſtinum Martyrem, & Irenaeum memoriae mandaſſe, Paulum quinque annis poſt Petrum martyrem occubuiſſe. Verum huiuſmodi ſententiae reliqui omnes adverſantur antiqui aevi Scriptores, qui Petrum, & Paulum Apoſtolos eodem die, atque anno Romae ſupplicio traditos affirmant. S. Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus, qui altero Chriſti ſaeculo vivebat, occiſos illos edit* eodem tempore, *quam vocem Euſebius* (*d*) *de eodem anno interpretatus videtur. Eodem anno utrumque interfectum placet etiam S. Epiphanio* (*e*), *S. Hieronymo* (*f*), *S. Aſterio Amaſeae Epiſcopo* (*g*), *Helpidi Severini Boëthii uxori* (*h*), *Aurelio Caſſio-*

quae vocatur ad Vincula, religioſorum turba convenit: atque eodem Aratore recitante, diſtinctis diebus ambo libri ſeptem vicibus ſunt auditi, cum unius medietas libri tantummodo legeretur propter repetitiones aſſiduas, quas, cum favore multiplici poſtulabant. Eadem haec repetitio facta eſt bis diebus I. Idibus Aprilis, II. XV. Kalend. Maii, III. VIII. Idus Maii, IV. vero III. Kal. Iunii tertio anno poſt Conſulatum Baſilii V. C. Indictione VIII; hoc eſt anno Incarnationis Dominicae DXLIV.

(*a*) Lib. 2. Hiſt. Apoſt. pag. 153. Tom. 6. Collect. vet. Poëtar.

(*b*) In Biblioth. Cod. 276.

(*c*) In not. ad ep. 1. S. Clem. ad Cor.

(*d*) Hiſt. Eccleſ. lib. 2. cap. 25.

(*e*) Haer. 27. cap. 6.

(*f*) De Scriptor. Eccl. cap. 8.

(*g*) In Serm. de SS. Apoſt. apud Combefiſium Tom. 7. pag. 213.

(*h*) In Natal. SS. Apoſt. Petri, & Pauli Hymn. II. Tom. 6. Collect. vet. Poëtar. pag. 252., ubi haec cecinit:

Non impar Paulus huic Doctor Gentium,
Electionis templum ſacratiſſimum:
In morte compar, in corona particeps,
Ambo lucernae, & decus Eccleſiae
In

Caſſiodoro (*a*), *Venantio Honorio Fortunato* (*b*); *necnon compilatoribus tam Romanae Eccleſiae Martyrologii; quam Graecorum Menologii, aliiſque. Imo ſententia, quae D. Pauli obitum anno ſequenti attribuit, ab haereticis primum emanata, aut ſaltem acriter propugnata videtur. Planum id facit celebre Gelaſii I. decretum in Concilio Romano anni* 494. *publicatum. En ipſius verba, quae doctus Praeſul Iuſtus Fontaninus* (*c*) *e Codice protulit Palatino-Vaticanae bibliothecae num.* 493: Cui [*Petro*] data eſt etiam ſocietas beatiſſimi Pauli Apoſtoli, vas electionis, qui non diverſo ſicut haereſi (*ſic*) garriunt, ſed uno tempore, uno eodemque die glorioſam mortem cum Petro in urbe Roma ſub Caeſare Nerone agonizans coronatus eſt. *Huic nos opinioni, quae magis communis eſt, libenter ſubſcribimus, & ad annum, quo SS. Apoſtoli martyrium pro Domino conſumarunt, praeciſe inquirendum tranſimus.*

Varia hic etiam veteres prodiderunt Scriptores. Euſebius in Chronico D. adſtipulante Hieronymo refert, utrumque Apoſtolum anno Neronis Caeſaris XIV. *& Agrippae Regis Iudaeorum* XXIV. *paſſionis lauream ſuſcepiſſe* (*d*), *hoc eſt anno Chriſti* LXVIII. *Sed cum eoſdem Apoſtolos Neronis iuſſu peremptos Hieronymus ſimul, & Euſebius nullo reclamante, aut repugnante, conſcribant, ac Neronem ipſo anno Chriſti* LXVIII. *ſub initia Iunii, ante* XXIX. *diem eiuſdem menſis, qua Eccleſia Apoſtolorum Petri, & Pauli martyrium recolit, ſibi manus intulerit; mini-*

In orbe claro coruſcant vibramine.
O Roma felix, quae tantorum Principum
Es purpurata pretioſo ſanguine!
Excellis omnem mundi pulchritudinem,
Non laude tua, ſed Sanctorum meritis,
Quos cruentatis iugulaſti gladiis.

(*a*) In Chron. ad Theodoricum Regem Tom. 1. Opp. pag. 386. Rotomagi 1679.

(*b*) In fin. lib. 3. Vit. S. Martini.

(*c*) De antiquitat. Hortae in Append. n. 1. pag. 320. Romae 1708.

(*d*) In lib. cui titulus: *Rerum toto orbe geſtarum Chronica &c.* edito ab Auberto Miraeo, Antuerpiae 1608.

minime accurata eſt haec Euſebii, Hieronymique epocha. Epiphanius (*a*) *horum Apoſtolorum necem in annum Neronis* XII., *hoc eſt Chriſti* LXVI. *incurriſſe auctor eſt : atque in hac opinione ſunt eruditi nonnulli, & praeſertim Tillemontius. Ei tamen plures anteponunt alteram, quam Hieronymus* (*b*) *retegit, ubi Senecam ante biennium, quam Petrus, & Paulus coronarentur martyrio, a Nerone interfectum docet. Hunc quippe philoſophum* XI. *Neronis anno interfectum eſſe aliunde notum eſt* (*c*). *Ex quo ſequitur, Petrum, & Paulum anno Neronis* XIII., *Chriſti* LXVII. *fuiſſe coronatos, quod ſenſit etiam Baronius. Et revera in editione Chronici Euſebii, Hieronymo interprete, quam Mediolani typis Phil. Lavaniae curavit Boninus Mombritius, Apoſtolorum martyrium ad annum Neronis* XIII., *& Agrippae* XXIII. *conſignatur. Aliis, Eliae Dupinio nempe, & Guilielmo Cave placuit, annus* X. *Neronis, Chriſti* LXIV. *verum iſti non animadverterunt, Neronem in Chriſtianos ſaevire non coepiſſe, niſi poſt incendium Romae, quod teſte Tacito* (*d*), *menſe Iulio accidit anni* LXIV., *ſcilicet poſt* XXIX. *Iunii diem. Tandem Antonius Pagius innixus auctoritate Chronici, ſeu Catalogi Rom. Pontificum, Liberii tempore, id eſt circa ſaec.*IV. *medium, concinnati, atque ab Aegidio Bucherio primum editi* (*e*), *ad annum Chriſti* LXV. *referendum putavit martyrium Apoſtolorum Petri, & Pauli. En verba* : Petrus annis XXV. menſe I. diebus IX., fuit temporibus Tiberii Caeſaris, & Caii, & Tiberii Claudii, & Neronis a Conſulatu Vinicii, & Longini, uſque

(*a*) Lib. cit.

(*b*) De Scriptor. Eccl. cap.22.

(*c*) Tacitus in Annal. lib.15. Senecae mortem memorat A. Licin. Nerva Silano, M. Veſtino Attico Coſs.

(*d*) Annal. lib.15. cap.9. *Fuere, qui adnotarent* XIII. *Cal. Sextiles principium incendii huius ortum, quo & Senones captam Urbem inflammaverunt*. Et cap.10. *Sed non ope humana, non largitionibus principis, aut Deûm placamentis, accedebat infamia, quia iuſſum incendium crederetur; ergo abolendo rumore Nero ſubdidit reos, & quaeſitiſſimis poenis affecit, quos per flagitia inviſos, vulgus Chriſtianos appellabat.*

(*e*) Antuerpiae 1634. p.269.

Digitized by Google

uſque Nervae, & Veri. Paſſus autem cum Paulo die tertia Kal. Iulias, Conſulibus SS. [*l. ſupra ſcriptis*] imperante Nerone. *In codice error irrepſit in nominibus Conſulum* Nervae; & Veri, *quorum Conſulatus cum nuſquam alias auditus ſit, neceſſario legendum cum Pagio* Nervae, & Veſtini, *qui Conſulatus in annum Chriſti* LXV. *incidit. Tacitus* (a) *loquens de iis, quae Nerva, & Veſtino Coſſ. geſta ſunt, hiſce verbis finem imponit narrationi:* Tot facinoribus foedum annum, etiam Dii tempeſtatibus, & morbis inſignivere. Vaſtata Campania turbine ventorum, qui villas, arbuſta, fruges paſſim disiecit, pertulitque violentiam ad vicina urbis, in qua omnium mortalium genus vis peſtilentiae depopulabatur, nulla caeli intemperie, quae occurreret oculis. *Concinit Svetonius* (b), *nam poſtquam incendium Urbis ab impio Nerone factum narravit, ita ſubdit:* Acceſſerunt tantis ex principe malis, probriſque quaedam fortuita; peſtilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in ratione libitinae venerunt. *Paulus vero Oroſius* (c) *haec ſcribit:* Primus [*Nero*] Romae Chriſtianos ſuppliciis, & mortibus affecit, & per omnes provincias pari perſecutione excruciari imperavit, ipſumque nomen extirpare conatus (d), beatiſſimos Chriſti Apoſtolos, Pe-

(a) Lib. 16. Annal.

(b) In Nerone.

(c) Hiſt. lib. 7. cap. 3.

(d) Exſtat apud Gruterum pag. 238. n. 9. ſequens inſcriptio Neroni poſita in quadam Hiſpaniarum provincia, tamquam Chriſtiani nominis everſori:

NERONI CL. CAIS
AVG. PONT. M. . . .
OB PROVINC. LATRONIB
ET . HIS . QVI . NOVAM
GENERI HVM. SVPER
STITION. INCVLCAB
PVRGATAM

Nonnulli de huius monumenti ſinceritate dubitarunt; aſt Iohannes Erneſtus Walchius in Diſs. excuſa *Ienae* 1750. eiuſdem ingenuitatem multis prolatis argumentis demonſtravit. Inanis vero fuit ea declaratio, quod Nero Chriſtianam religionem deleverit in eadem provincia; quemadmodum inane etiam fuit votum Iovi factum a Maximino Daza, exterminandi ſcilicet Chriſtiani nominis, ſi de Licinio victor diſcederet, uti refert Lactantius de mortib. Perſecutor. cap. 51., & vana quoque Diocle-

Petrum cruce, Paulum gladio occidit. Mox acervatim miſeram civitatem obortae undique clades oppreſſere. Nam ſubſequente autumno tanta Urbi peſtilentia incubit, ut triginta millia funerum in ratione libitinae venirent. *Itaque, cum, Oroſio teſte, Apoſtolorum ſanguinem dira ulta fuerit lues, cumque peſtilentiam graſſatam, Suetonius poſt Urbis incendium; Tacitus vero Nerva, & Veſtino Coſ. doceant; clare ſequitur eorumdem martyrium ad annum* LXV. *eſſe referendum.*

Dies nunc ſupereſt veterum teſtimonio expendenda, quam SS. Apoſtoli Petrus, & Paulus martyrio conſecrarunt. Solemnis

haec

Diocletiani Iovii, & Maximiani Herculei iactantia, quod illud revera penitus extinxerint. Binae inſcriptiones de hac loquuntur apud eumdem Gruterum p.280. n.3., & 4., eaeque ſunt ſeqq.

1.

DIOCLETIANVS . IOVIVS . ET
MAXIMIANVS . HERCVLEVS
CAES. AVGG
AMPLIFICATO . PER . ORIEN
TEM . ET . OCCIDENTEM
IMP. ROM
ET
NOMINE . CHRISTIANORVM
DELETO . QVI . REMP. EVER
TEBANT

2.

DIOCLETIAN. CAES
AVG. GALERIO . IN . ORI
ENTE . ADOPT. SVPERS
TITIONE . CHRIST
VBIQ. DELETA . ET . CVL
TV . DEORVM . PROPAGATO

Huic iactantiae alludit etiam numiſma Maximiani Herculei apud Anſelmum Bandurium Tom. 2. pag.55. Pariſiis 1718., quod habet in averſa parte Herculem clava adverſus Hydram decertantem, cum epigraphe HERCVLI DEBELLATORI; ſed optime quadrat illud Ovidii Metamorph. lib.9. v.70.

Vulneribus fecunda ſuis erat illa, nec ullum
De centum numero caput eſt impune reciſum,
Quin gemino cervix herede valentior eſſet.

Ceterum religio Chriſtiana ex damnis iiſdem ſuis numquam defecit; quin immo martyrum ſanguine mirum in modum ſemper increvit, ut ſapienter animadvertunt Tertullianus Apolog. adv. Gent. cap.48., S. Leo Serm.80. cap.6., aliique. Merito igitur antiquus Poeta cecinit:

Sanguine mundata eſt Eccleſia, ſanguine coepit,
Sanguine ſuccrevit, ſanguine finis erit.

Digitized by Google

haec fuit Eccleſiae primaevae cura, ut Chriſti athletarum, qui vitam, ac ſanguinem pro religione fudiſſent, non tantum nomina, ſed etiam illuſtris victoriae diem accuratius notari praeſcriberet. Duplicem hic mos cauſſam habuit, unam, ne huiuſmodi heroum veneratio, ac memoria intercideret; alteram, ne veri martyres fidei noſtrae cum falſis haereticorum confunderentur martyribus; notum quippe eſt omnibus Marcionitas, Montaniſtas, aliarumque haereſeon ſectatores ſuae quoque ſectae martyres obtrudere conatos fuiſſe (a). *Summum Epiſcopi ſtudium adhibebant, ne SS. martyres hoc fraudarentur Chriſtianae pietatis officio, eiuſque rei vigilem unuſquiſque ſedulitatem a proprio Clero exigebat. Tertullianus in libro* de Corona militis (*b*) *hunc morem aperte innuit* : Oblationes pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus : *& S. Cyprianus in epiſtola* (*c*) ad Clerum, ut confeſſoribus in carcere conſtitutis omnis humanitas praebeatur, *haec inquit* : Dies eorum, quibus excedunt, annotate, ut commemorationes eorum inter memorias martyrum celebrare poſſimus. *Has martyrum notas, ſeu diptycha caute multum, ac diligenter eccleſiae aſſervabant, quemadmodum Sozomenus refert* (*d*), *ubi de Palaeſtinae urbibus Gaza, & Conſtantia ſermonem habet* : Utraque enim [*ſic ille*] ſuum ſeorſum habet Epiſcopum, ſuum Clerum : dies item feſtos martyrum ſuorum, & commemorationes Epiſcoporum, qui ipſis praefuerunt : vicinorum denique agrorum limites, quibus eccleſiae ad utrumque Epiſcopatum pertinentes diſtinguuntur. *Ut vero martyrum fama, & cultus ad omnes pariter fideles manaret, unaquaeque eccleſia ſuorum athletarum agones ceteris communicabat in hunc finem, ut Epiſcopis probantibus eorum ubique memoria celebraretur. Id autem potiſſimum fiebat cum omnium principe Romana Eccleſia; huiuſque rei egregium Mabillonius* (*e*) *exemplum adducit ex actis S. Vigilii Epiſcopi*,

N

(*a*) Euſeb. lib. 5 c. 16. p. 200.
(*b*) Cap. 3. pag. 103.
(*c*) Ep. 37. p. 115. Venetiis 1728.
(*d*) Lib. 5. cap. 3. pag. 169.
(*e*) Praefat. in ſaec. v. Benedict. num. 93.

Digitized by Google

ſcepi, *& martyris Tridentini deſumptum*; *ibi enim legitur*: Geſta vero beatiſſimi martyris, ut moris erat, urbis Romae Epiſcopo tranſmiſſa eſt, ut ſacris martyrum memorialibus inderetur. *Ex diptychis hiſce, vel ſacris tabulis orta ſunt Calendaria, ii nempe libelli, in quibus unaquaeque Eccleſia ſuos martyres, ac confeſſores una cum eorumdem anniverſaria memoria deſcribi curabat, necnon Martyrologia ipſa, quae univerſos deinde martyres, & confeſſores Eccleſiae orthodoxae in unum complexa, Euſebii primum, vel D. Hieronymi opera in lucem prodierunt* (a). *Haec igitur antiqua Calendaria, & Martyrologia ſi quis conſulat, profecto inveniet perpetuam non modo Romanae, ſed omnium Occidentis, atque Orientis Eccleſiarum traditionem eſſe, quod SS. Apoſtoli Petrus, & Paulus* III. *Cal. Iulias inſignem poſtremi certaminis coronam ſunt conſecuti. Quod Chriſtiani a primo uſque ſaeculo eorum colerent, ac venerarentur ſepulcra, extra dubium res eſt, & ipſi Iuliano Apoſtatae huiuſce cultus debemus notitiam: Ait enim, vergente in finem ſaeculo primo occultos honores Apoſtolis haberi ſolitos, idque ita aſſerit, ut maior ſit fides eius verbis habenda, quam ſi propalam, ac publice cultos affirmaſſet, ut ſuum poſcere videbatur ſcribendi argumentum*: Tam infortunati vero eſtis [*ita blaſphemus ille* (b)] ut ne manſeritis quidem in iis, quae vobis ab Apoſtolis ſunt tradita: eaque fuerint ab illorum poſteris maiori nequitia, & impietate tractata. Ieſum quippe illum neque Paulus Deum dicere auſus eſt, neque Matthaeus, neque

(*a*) Uſuardus in epiſtola ad Carolum Calvum, quam Martyrologio ſuo praefixit, omnium, qui Martyrologia ante ipſum conſcripſerant, indicem texens, ſtatuit primum omnium Hieronymum ſcripſiſſe Martyrologium, ſecundum vero ponit Bedam, cuius Martyrologium, cum breviſſimum eſſet, & plurimos dies vacuos haberet, a Floro Magiſtro auctum eſſe, ait, & locupletatum.

(*b*) In lib. 10. S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini pro Chriſtiana Relig. adverſ. Iulian. Imper. edit. ab Ezechiele Spanhemio Tom. 2. pag. 327. Lipſiae 1696.

neque Lucas ; neque Marcus . Sed bonus ille Iohannes ; quum ſenſiſſet magnam multitudinem in pleriſque urbibus Graecis , & Italicis iam tum eo morbo captam eſſe : audiretque , opinor , monumenta quoque Petri , & Pauli clam quidem , ſed tamen audiret ea coli , primus id prodere auſus eſt (a) . *Hic autem cultus magis peculiariter viguit cum dies recurreret anniverſaria martyrii SS. Apoſtolorum , quam idcirco veteres diem* natalitiam *(b) appellare ſunt ſoliti . Illud*

N 2 *inſu-*

(a) Ex dicto Apoſtatae Iuliani perſpectum ſit , a ſaeculo uſque primo corpora Apoſtolorum Petri , & Pauli clanculum exceptiſſe cultum Romae diſtinctis in locis , ut manifeſte declarat vox *monumenta* numero multitudinis : atque ex eodem hoc dicto convaleſcit id etiam , quod in Praefatione affirmavimus de illorum manſione in Catacumbis , in quibus , ſi fides haberi velit hiſtoriae cuidam, quae legebatur in Gallia recurrente feſto SS. Apoſtolorum Petri,& Pauli , uſque a temporibus ante Carolum Magnum , non deliruerunt, niſi per intervallum XII. menſium . En narrationis locum, ut apud Mabillonium habetur de Liturg. Gallic. lib. 2. pag. 159. Pariſiis 1685. *Et comprehenderunt eos in loco , qui dicitur Tota- cumbas , via Appia , miliario tertio : & ibi cuſtodita ſunt corpora anno uno , & menſibus ſeptem , quouſque fabricarentur loca , in quibus fuerunt poſita corpora eorum ; & ibi revocata ſunt cum gloria , & hymnorum cantica , & poſita Sancti Petri in Vaticano , via Neumacia ; & Sancti Pauli in via Oſtienſi , ab urbe Romæ miliario ſecundo : ubi praeſtantur beneficia Chriſti per orationem eorum in ſaecula ſaeculorum .*

(b) *Natale* pro obitu uſurpatum , quum de illis agitur , qui Chriſtianae fidei teſtimonium ſanguine ſuo conſignarunt , vel in pace ſancto fine quieverunt , paſſim occurrit in actis martyrum , aliiſque Ecciolaſticis monumentis . Hinc Prudentius de Paſſione Hippolyti martyris :

Iam quum ſe revocat decurſis menſibus annus ,
Natalemque diem Paſſio feſta refert &c.

Et S. Petrus Chryſologus in Sermone 129. *Natalem ergo Sanctorum cum auditis , cariſſimi , nolite putare illum dici , quo naſcimur in terra de carne ; ſed de terra in caelum , de labore ad requiem , de tentationibus ad quietem , de unicatibus ad delicias , non fluxas , ſed fortes , & ſtabiles , & aeternas ; de mundanis riſibus ad coronam , & gloriam : tales natales digne Martyrum celebrantur .* Inde eſt , quod diem mortis martyrum , non nativitatis celebtat Eccleſia : *Conſuetudinem tenet Eccle-*

ſia

inſuper memoratu dignum ex Actis S. Sebaſtiani colligitur, *quod furente Diocletiani perſecutione cum*, *ut Lactantius ait* (*a*), vexabatur univerſa terra, & praeter Gallias, ab Oriente uſque ad Occaſum tres acerbiſſimae beſtiae [*Diocletianus*, *Maximianus Herculius*, *& Galerius Maximianus*] ſaeviebant, *Chriſtianus populus*, *qui Romae tunc erat*, *non modo diem hanc Apoſtolorum natalitiam*, *ſed eius etiam Octavam celebrabat*. *Ibi namque de S. Zoë narratur* (*b*), *quod in* Apoſtolorum natale dum ad Confeſſionem Petri Apoſtoli oraret, ab inſidiantibus paganis arctatur, duciturque ad Patronum regionis Naumachiae; *& paullo infra de S. Tranquillino habetur*, *quod* ipſe quoque deſcendens Apoſtolorum natalitii octavo die, ad B. Pauli Confeſſionem acceſſit. *Patet igitur primis Eccleſiae temporibus praeter anniverſariam SS. Petri*, *& Pauli memoriam a fidelibus Octavam quoque celebrari conſueviſſe* (*c*). Ac

ſis (ita S. Nicolaus I. in epiſtola ad Conſulta Bulgarorum cap. 5.) *ut ſolemnes beatorum martyrum*, *vel confeſſorum Chriſti dies*, *quibus ex hoc mundo ad regionem migraverunt vivorum*, *nuncupentur natales*: *ſed & eorum ſolemnia non funebria tamquam morientium*, *ſed utpote in vera vita naſcentium natalitia vocitentur*. Merito igitur S. Bernardus ſermone 2. in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli, aiebat: *Non eſt*, *fratres*, *nativitatis humanae ſolemnitas iſta*, *ſicut paullo ante beati Iohannis diem natalitium celebraſtis*. *Ille enim naſcens honoratur*, *quia naſcitur ſanctificatus &c.*

(*a*) De mortib. Perſecutor. cap. 16.

(*b*) Cap. 20. apud Bolland. ad diem 20. Ianuar.

(*c*) Inter Sanctorum Octavas nihil antiquius SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, nimirum die illa octava, quae ipſorum natale ſubſequitur, praeſertim Romana in Eccleſia. Illius meminere Martyrologium Bedae genuinum, Calendarium Romanum ſaeculi VIII. a Iohanne Frontone editum Pariſiis an. 1652., & cetera recentiora Martyrologia, & Calendaria; inter quae memorandum eſt Palatino-Vaticanum num. 495. a Georgio in Martyrolog. Adonis pag. 318. citatum, in quo ita legitur: *In Octabas Apoſtolorum*, *ad vincula*. Forte, quia in titulo Eudoxiae S. Petri ad Vincula ſolemnia peragerentur. Inſuper Octavae Apoſtolorum meminere Sacramentarium Gelaſianum, ac omnia Gregoriana. Hac de Octava S. Leo Magnus ſermonem habuit,

Ac minime obeſt diem ipſam ſolemnis huiuſce memoriae in Actis praedictis ſilentio tegi, cum ex aliis vetuſtis monumentis abunde ſit nota. SS. Iohannes Chryſoſtomus (a), *ac Leo Magnus Pontifex* (b) *diſertis verbis teſtantur percelebrem apud omnes fuiſſe diem, qua Petrus, & Paulus martyrio affecti in patriam caeleſtem migrarunt. Itaque cum omnia unanimi conſenſu tam noſtra antiqua Calendaria, ſeu Martyrologia, quam Graecorum Menologia, vel Ephemerides SS. Apoſtolorum deceſſum* III. *Cal. Iulias, quae dies vigeſima eſt nona Iunii menſis, aſſignent, ſtultus profecto, ac temerarius is eſſet, qui tot, tantiſque Eccleſiae utriuſque monumentis fidem denegaret. Praeterea, quae ſupra retulimus e Paulo Oroſio hoc ipſum demonſtrare videntur; etenim ille ſcriptum reliquit:* autumno martyrium illud ſubſequente peſtilentiam Romae ortam eſſe. *Ante igitur autumnum, ſive aeſtatis tempore Apoſtolorum contigit paſſio. Plene id congruit cum eo, quod narrat in ſuis epiſtolis S. Paulinus, nempe hunc ſibi morem fuiſſe, ut natale feſtum Apoſtolorum celebraturus aeſtate Romam accederet* (c). *Nullum vetuſtius Calendarium exſtat eo, quod protulit in lucem Bucherius: Liberii tempore, ideſt circa ſaeculi quarti medium, concinnatum fuiſſe in Eccleſiae Romanae uſum patet tum ex Pontificibus, qui in eo commemorantur, tum ex Chronico, ſeu Catalogo Romanorum Ponti-*

buit, ex quo comperimus uſque a ſaeculo v. Apoſtolorum Octavam Romae ſolemniter celebratam fuiſſe. De huiuſmodi Octavis habet notanda Micrologus: *Iuxta Romanam auctoritatem* (inquit c. 44. pag. 104. Antuerpiae 1565.) *nullorum Sanctorum octavas obſervare debemus, niſi unde certam aliquam traditionem a ſanctis Patribus habemus. Eorum quoque, quorum octavas celebramus, nullam quotidianam mentionem per interiacentes dies agimus, quia nullam auctoritatem inde habemus: exceptis de ſancta Maria, & de ſancto Petro, quorum memoriam & alio tempore non ceſſamus frequentare.*

(a) Hom. 26. in ep. 2. ad Cor. n. 5. Tom. 10. Opp. pag. 625.

(b) In Serm. de Natal. Apoſt. Petri, & Pauli.

(c) In vir. S. Paulin. cap. 22. pag. 41., & ſeq. Veronae 1736.

Pontificum ipſi ſubiuncto, qui in Liberio deſinit, ſine ulla eius exitus mentione. Ibi, ut vidimus in Praefatione, dies 29. Iunii feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli dicata perſpicue apparet. Chronicon quoque, ut oſtenſum iam fuit, haec habet de D. Petro: paſſus autem cum Paulo III. Kal. Iulias. *E quibus verbis longe clarius, ni fallor, emergit illud, quod probare contendimus in Praefatione, nempe Calendarii locum, de quo varie eruditi diſceptant, minime ad translationem, ſed omnino ad feſtum Apoſtolorum ſpectare, ſive diem anniverſariam paſſionis. Faſti Conſulares, quos condidit ſaeculo* V. *Idatius Epiſcopus Lemovicenſis, ubi martyrium notant SS. Petri, & Pauli, eamdem quoque diem aſſignant* (a), *videlicet Iunii vigeſimam nonam*: Nerone III., & Meſſala Corvino. His Conſs. Petrus, & Paulus paſſi ſunt die III. Kal. Iulias. *Calendarium Eccleſiae Carthaginienſis, quod Mabillonius edidit* (b), *ac mox Ruinartius recudi fecit* (c), *& ipſum pertinet ad ſaeculum* V., *nec aliter indicat feſtum Apoſtolorum, quamquam codex eo loci corroſus iis vocibus careat* III. Kal., *& has tantum retineat* .... Iul. ſanctorum .... apoſtolorum. *Longius proceſſura res eſſet, ſi omnia vellemus tum Calendaria, & Martyrologia, tum Sacramentaria, Lectionaria, atque Eccleſiae Latinae Ordines recenſere, ex quibus docemur Apoſtolorum martyrium non alia die contigiſſe, quam Iunii menſis nona & vigeſima. Fatendum quidem eſt horum nonnulla non paſſionis vocem exprimere, ſed feſti potius, vel* natalis *SS. Petri, & Pauli. Sic D. Hieronymi Martyrologium* (d): III. Kal. Iulii. Romae natalis Petri, & Pauli Apoſtolorum. Petri in Vaticano, Pauli vero in via Oſtienſi. *Sic Bedae illud genuinum* (e): III. Kal. [*Iulii*] Romae natalis Apoſtolorum Petri, & Pauli. *Sic vetus Martyrologium Roma-*

(a) Apud Labb. Tom. 1. Nov. Biblioth. Mſs. pag. 8. Pariſiis 1657.

(b) Tom. 3. Analect. pag. 398.

(c) Act. MM. pag. 541.

(d) Pag. 632. edit. Franc. Mariae Florentini, Lucae 1668.

(e) Apud Bolland. Act. SS. Tom. 2. Martii pag. 23.

Romanum (*a*) : Romae , Apoſtolorum Petri , & Pauli . *Et Calendarium Frontonianum* (*b*) : Die XXIX. [*Iunii*] natal. ſuprafcriptorum [*nempe* Apoſtolorum Petri , & Pauli] . *At dubitandi nullus eſt locus* , *quin per vocem illam* natalis , *ſeu feſti SS. Apoſtolorum martyrium intelligi oporteat* . *Expreſſa paſſionis mentio fit in Martyrologio Rabani Mauri Archiepiſcopi Moguntini* (*c*) , *qui ſupremum diem obiit anno* 856. III. Cal. [*Iulii*] Romae paſſio ſanctorum Apoſtolorum Petri , & Pauli , qui ſub Nerone Imp. Simonem Magum vincentes , uno , eodemque die pro nomine Chriſti paſſi ſunt . Hoc eſt iuſſu praedicti Imp. nequiſſimi , Petrus cruci affixus eſt , & Paulus capite plexus . *Nec diſſimili modo Wandelbertus* (*d*) *monachus* , *& Abbas Prumienſis in Martyrologio* , *quod verſibus ſcripſit ſaeculo* IX. *currente martyrii nomen expreſſit ad* III. *Cal. Iulias* :

Tertius auratam ſuſtollit ad aethera Romam
Martyrio pariter Petri , Paulique beato .

Denique , *ut haec omittamus* , *ac alia eiuſmodi* , *Florus Diaconus Lugdunenſis* , *alias* Magiſter *nuncupatus* , *qui eodem ſaeculo floruit* , *in additionibus* , *ſive notis* , *quibus Bedae Martyrologium locupletavit* , natalis *vocem pro martyrio intelligendam eſſe declarat* ; *Habet Beda* (*e*) : III. Cal. [*Iulii*] Romae natalis Apoſtolorum Petri , & Pauli , *addit Florus* , qui iuſſu Neronis Imp. Petrus crucifixione , Paulus capitis plexione martyrio coronati ſunt .

Venientes nunc ad Graecae Eccleſiae monumenta , *hic quoque animadvertimus* , *quod licet Menologium a Caniſio editum* (*f*) *haec habeat* : Die XXIX. [*Iunii*] ſanctorum celeberrimorum Apoſto-

(*a*) Apud Dominic. Georgium Martyrol. Adon. part. 1. pag. 33., Romae 1745.
(*b*) Pag. 99.
(*c*) Tom. 6. Opp. pag. 189., Coloniae Agrippinae 1626.
(*d*) Tom. 2. Spicileg. Lucae Dacherii pag 49., Pariſiis 1661.
(*e*) Apud Bolland. loco cit.
(*f*) Lect. Antiq. Tom. 3. part. 1. pag. 445.

Apoſtolorum Petri, & Pauli; *& Graeco-Moſchae Ephemerides apud Bollandiſtas* (*a*) : III. Cal. [*Iunii*] ſanctorum Apoſtolorum *abſque ulla conſumati martyrii nota*, *nibilominus boc idem martyrium in aliis eiuſmodi ſcriptis luculenter expreſſum reperitur*. *In Menologio Baſilii Macedonis Imperatoris*, *quod praefatis Caniſiano Menologio*, *atque Ephemeridibus Graeco-Moſchis antiquius eſt*, *cuiuſque editionem cum verſione latina eximio litterarum fautori Hannibali Cardinali Albano debemus* (*b*) , *Apoſtolorum feſtum appoſitis bic infra verbis enunciatur* : Die XXIX. [*Iunii*] Certamen ſanctorum magnorum Apoſtolorum Petri, & Pauli. Petrus magnus Chriſti Apoſtolus ex urbe Betſaida, Ionae filius, germanus frater Andreae, qui primum vocatus fuit, piſcator, & pauper, Ariſtobuli fratris Barnabae Apoſtoli filiam duxit, ex qua filios etiam ſuſcepit (*c*). Quo autem

(*a*) Act. SS. Maii To. 1. pag. 35.

(*b*) Part. 3. pag. 145. Urbini 1727. Baſilii Menologium primum a Ferdinando Ughellio editum fuit, in Anecdot. Tom. 10. Italiae Sacrae, ſed Latine tantum.

(*c*) Petri uxor martyrii gloria nobilis traditur teſte Clemente Alexandrino lib. 7. Stromat., qui obiit an circiter 220. Sic enim habet apud Euſebium lib 3. cap. 30. Hiſt. pag. 109. *Porro Clemens*, *cuius verba modo recitavimus*, *poſt illa*, *quae a nobis relata ſunt*, *enumerat Apoſtolos*, *qui uxores babuerant*, *in gratiam quorumdam*, *qui nuptias damnabant*. *An forte*, *inquit*, *Apoſtolos improbabunt* ? *Petrus enim*, *& Philippus liberos ex legitimis nuptiis procrearunt*. *Philippus etiam filias viris collocavit*. *Paulus quoque in quadam epiſtola ſuam ipſius coniugem compellare non veretur*. *Quam tamen ideo ſecum minime circumduxit*, *ut expeditior miniſterium ſuum obiret*. *Sed quoniam in hunc ſermonem incidimus*, *non pigebit aliam quoque memoratu dignam eiuſdem Clementis narrationem opponere*, *quae in ſeptimo eiuſdem operis libro refertur in hunc modum*. *Aiunt*, *inquit*, *beatum Petrum*, *cum uxorem ſuam duci ad ſupplicium vidiſſet*, *gaudio exſultaſſe*, *quod a Deo vocata*, *ac mox in patriam reditura eſſet* : *eamque proprio nomine compellantem* , *bortatorio & conſolatorio vocis ſono inclamaſſe* : *Mulier memento Domini*. *Huiuſmodi erant ſanctorum connubia* : *huiuſmodi erat cariſſimorum perfecta dilectio*. Martyrologium Adonis, & alia ad diem XXXI. Maii memorant S. Petronillam filiam beati Petri Apoſtoli. *Romae* (en verba) *S. Petronillae virginis*. *Haec fuit filia beatiſ-*

autem tempore Praecurſor in carcerem coniectus fuit, ipſe in ſtagno Genezaret piſcabatur una cum fratre Andrea, vocatuſque a Chriſto ſecus ſtagnum praetereunte, una cum fratre eum ſecutus, factuſque eſt eius diſcipulus. Paulus vero & ipſe Hebraeus ex urbe Tarſo poſt Domini Ieſu aſſumptionem, eius Eccleſiam perſecutus eſt: ſed ab eodem vocatus, ipſe quoque eius diſcipulus evaſit: & una cum Petro orbem terrarum pene univerſum circumluſtrans, Chriſtum praedicavit. Poſtremo Romam ambo profecti pro Chriſto ſub Nerone paſſi ſunt; & Petrus quidem inverſo capite crucifixus, Paulus vero capite plexus. *Nec apertè minus Ephemerides metricae* (*a*) *martyrium indigitant Apoſtolorum*:

Vicena nona Petrus in cruce, Paulus ab enſe.

Silentio demum praeterimus Menaea omnia, ac Synaxaria, quae palam eſt non modo cum Eccleſiae Latinae monumentis, ſed etiam cum illis omnino convenire, quae penes Eccleſias Syriacas, Aegyptias, Aethiopicas, Armenas, ac Ruthenas hodieque ſuperſunt, & Petri, Paulique paſſionem diei nonae ac vigeſimae Iunii menſis adſcribunt (*b*).

O Hic

beatiſſimi Petri Apoſtoli, quae poſt multa miracula ſanitatum, cum eam Flaccus Comes ſuo vellet coniugio ſociare, tridui inducias poſtulans, & cum ſancta virgine Felicula collactanea ſua continuis ieiuniis, atque orationibus vacans, tertio celebratis Dominicae oblationis myſteriis, mox ut Chriſti Sacramentum accepit, reclinans ſe in lectulo, emiſit ſpiritum.

(*a*) Apud Ioſ. Simon. Aſſeman. Kalend. Eccl. univ. Tom. 6. p. 449. Romae 1755.

(*b*) In Calendario Eccleſiae Antiochenae Syrorum ad diem xxix. menſis *Haziran*, ſeu Iunii legitur: *Martyrium Apoſtolorum Petri, & Pauli, diebus Neronis Regis in urbe Roma*. In Calendario Eccleſiae Alexandrinae Aegyptiorum, ſeu Coptorum ad diem v. menſis *Abib*, ſeu Iulii: *Petrus, & Paulus Apoſtoli*, idem habetur in Calendario Aethiopico ſub eadem die menſis Iulii, ſeu *Hamle*. In Menologio, ſeu *Aiſmavurk* Armenorum ſub die xxix. menſis *Mareratz*, ſeu Iunii: *Conſummatio SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli*; In Calendario Rutheno ſub die xxix. menſis *Cierviec*, ſeu Iunii: *Sanctorum ſuperexaltatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli*. Atque hic notan-

Hic tamen unanimis, ac pervetuſtus Eccleſiarum conſenſus nequaquam valuit impedire, quin recentiores nonnulli rem totam in

notandum quod memorata Calendaria efformata ſunt iuxta computum Iulianum, quem Eccleſiae Orientales ſequuntur; & quod diverſitas dierum ex vario annorum initio repetenda eſt; ducta tamen ſupputatione patet, quod tum Aegyptii, & Aethiopes, tum Armeni Apoſtolorum feſtum celebrant ad diem xxix. Iunii Calendarii Iuliani. Etenim Aegyptii, Aethiopeſque annum incohant ab autumno. Primus eorum menſis eſt September, ſeu *Thoth* apud Aegyptios, & *Maſcaram* apud Aethiopas, cuius initium petitur a die 29. menſis Auguſti Calendarii Iuliani; prima igitur dies Septembris memorati Calendarii eſt penes ipſos quarta dies huius menſis. Annus conſtat ex duodecim menſibus, quorum ſinguli dies xxx. comprehendunt, ſed ad complendos dies 365., ex quibus annus perficitur, poſtremo menſi addunt quinque dierum epagomenas, quae *Naſih* apud Aegyptios, & *Pagumen* apud Aethiopas audiunt. Has epagomenas menſem parvum a Copritis vocari docet Seldenus pag. 247. In excerptis ex Laterculo Polemii Silvii apud Bollandum Ianuar. Tom. I. in Praefat. gener. pag. 44. legitur *VII. Cal. Sept. poſt hunc diem apud Aegyptios quinque dierum epigomenos tertiuſdecimus menſis adiungitur*. His poſitis ducta ſupputatione prima dies undecimi menſis *Abib*, & *Hamle* incidit in diem xxv. Iunii Calendarii Iuliani, & hinc dies v. ſuperius notata reſpondet diei xxix. ſacratae martyrio Apoſtolorum. Id conſulenti Aegyptiorum Calendarium, ſaeculi IX., quod ex codice membr. xxxix. pl. XVI. bibliothecae Laurentianae protulit cl. Angelus Maria Bandinius in Tom. I. Catal. Codd. mſs. Latin. pag. 284., & ſeqq., & Calendarium Aethiopum a Iobo Ludolfo illuſtratum Comment. ad Hiſtor. Aethiop. pag. 420. Francofurti ad Moenum 1691. palam, apertumque fit. De Armenis dicendum nunc eſt. Hi in Menologio initium anni ſtatuunt in diem XI. menſis Auguſti Calendarii Iuliani, unde primus menſis *Navaſart* nempe Auguſtus incipit. Computant duodecim menſes ex xxx. diebus, & qui reliqui ſunt quinque dies parvo menſi accenſent *Aveliatz*. Conſumationem Apoſtolorum conſignant ad diem xxIII. undecimi menſis *Margatz*, ſeu Iunii, cuius initium cum ſtet ad diem VII. Iunii, hinc manifeſtum, quod dies xxIII. ad xxIX. pleniſſime reſpondeat. Atque haec dicta ſint de Menologio tantum, nam Armeni in aliis libris menſes fere Romanorum nominibus adpellant, annumque ab *Unvas* ſeu Ianuario incipiunt, Iuliano tamen more, nempe undecim diebus poſt initium eiuſdem menſis iuxta correctionem Gregorianam.

in dubium revocari poſſe contenderent. Hi profectò ſunt Carolus Le-Cointius (*a*), *Pearſonius* (*b*), & *Mazochius* (*c*). *Omnis dubitandi ratio innititur Polemii, vel Polemei Silvii Laterculo, de quo verba fecimus in Praefatione. In eo Silvius ad annum* 448. *varia tum ſacra, tum profana feſta collegit, nec aliud quam pauca haec de Apoſtolis adnotavit* : VIII. Kal. Mart. Depoſitio S. Petri; & Pauli (*d*). *Ex his verbis duo conficit Le-Cointius, qui primus in hanc arenam deſcendit; unum quod Silvii temporibus nondum Cathedrae D. Petri feſtum celebrabatur; alterum quod memoria paſſionis SS. Petri, & Pauli minime ad* III. *Cal. Iulias, ſed verius ad* VIII. *Cal. Martias ſit referenda. Verum utraque aſſertio facile corruit; nam quoad primam, vidimus in Praefatione Calendarium Bucherianum, quod Silvii Laterculo multo eſt antiquius, ad* VIII. *Cal. Martias Cathedrae feſtum, ſeu plenitudinis Pontificiae auctoritatis in Petrum collatae* (*e*), *non autem paſſionis memoriam reponere* : VIII. Kal.

 Mart.

(*a*) Tom. 2. Annal. Franc. pag. 73.

(*b*) Annal. Cyprian. ad an. 258.

(*c*) Comm. in Marm. Neapol. Kalend. pag. 891.

(*d*) Poſt allata verba haec ſequuntur, quae ad profana ſpectant : *Cara cognatio, ideo dicta, quia tunc, etſi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponantur.*

(*e*) Miſſa in Cathedra S. Petri Apoſtoli in Miſſali Gothico apud Mabillon. lib 3. de Liturg. Gallic. pag. 226. ita incipit : *Solemnitatis praedicandae diem praecipue nobilem, in quo fidem praecellenti Filius excelſi Dei ori Petri monſtratus eſt, & in Coapoſtolos interrogante de ſe Chriſto, quis eſſet, vere confeſſus eſt, cum beatus Bar-Iona voce Redemptoris, fide devota praelatus eſt: ut per hanc Petri Petram, Baſes Eccleſiae fixus eſt, venerantes, fratres dilectiſſimi, deprecemur, ut tam glorioſa laude fidem Petri, qui praetulit; ipſe beatitudinis auctor plebem corroboret. Per Dominum noſtrum.* Collectio haec eſt : *Deus, qui hodierna die beatum Petrum poſt te dediſti caput Eccleſiae cum te ille vere confeſſus ſit, & ipſe a te digne praelatus ſit &c.* Demum in conteſtatione legitur : *Teſtis eſt dies hodierna beati Petri Cathedra Epiſcopatus expoſita; in qua fidei merito revelationis myſterium Filium Dei confitendo, praelatus Apoſtolos* (leg. *Apoſtolis*, vel. *Apoſtolus*) *ordinatur. In cuius confeſſione eſt fundamentum Eccleſiae &c.* Ex his patet feſtum Cathedrae primario pertinere ad Confeſſionem, & Primatum Petri.

Mart. Natale Petri de Cathedra: *Feſtum vero natalitium martyrii ad* III. *Cal. Iunias expreſſe deſignari. Ergo Cathedrae feſtum ante quam Silvius Laterculum ſcriberet celebrari mos erat. Quod autem, eo vivente, huiuſmodi feſtum, unaque alterum paſſionis vigeret, manifeſto colligitur e Sermonibus, quos S. Leo Magnus Polemio Silvio aequalis habuit* in Cathedra S. Petri: in Natali Apoſtolorum Petri, & Pauli: in Octava Apoſtolorum Petri, & Pauli. *Praeterea Calendarium Eccleſiae Carthaginenſis, & Faſti Conſulares Idatii ad ſaeculum hoc idem pertinent, & ambo haec inſignia monumenta non caſu quidem, nec perfunctorie, ſed e pluribus, quae tunc exſtabant, ac vetuſtioribus documentis confecta martyrium Apoſtolorum ſub die* 29. *Iunii ſtatuunt concorditerque deſignant. Non igitur ſola Laterculi huiuſce auctoritas tanti eſſe debet, ut nos a communi traditione, quae* III. *Cal. Iulias habet, recedere, ac novam amplecti ſententiam compellat. Mazochius tamen hic regerit* (*a*) *ea voce* depoſitio *nihil aliud quam mortem, aut paſſionem intelligi oportere*: Meminiſſe proderit eorum, quae ſaepe de vocibus *Natalis*, & *Depoſitionis* notavimus, nimirum priorem vocem generalem eſſe, & de quovis anniverſario feſto uſurpari (*b*), non item *Depoſitionis* nomen, quod non niſi de die emortuali poteſt intelligi; *ideoque, cum Silvius Apoſtolorum* depoſitionem *ad* VIII. *Cal. Martias retulerit, non alium mortis, ſive paſſionis diem ſtatui poſſe, ac debere. Nonnihil profecto huiuſmodi argumentum valeret, ſi unus Silvius paſſionis diem indicaſſet, neque alia eſſent antiquiora monumenta, quae claris, diſertiſque verbis contrarium affirmant, ſed*

(*a*) Lib. cit. pag. 892.

(*b*) Recte quidem Mazochius hoc ſtatuit, cum notum profecto compertumque ſit, *Natalis* nomen aliis quoque fuiſſe celebritatibus attributum. *Natalis* appellabatur dies, quo quis ad Epiſcopalem Cathedram conſcenderat. *Natalis Nicomedis Martyris* pro dedicatione eccleſiae S. Nicomedis habet Beda genuinus. Sic *Natalis S. Mariae ad Martyres*, *Natale baſilicae Angeli in Salaria &c.* Tandem *Natalis* nomen pro celebritate generatim aliquando etiam ſumebatur.

Digitized by Google

ſed cum plures memorias vel Silvio anteriores, vel coaevas habeamus, quae martyrium deſignent Apoſtolorum ſub die Iunii 29.; *ratio exigit, ut hae ſimul omnes incertae unius auctoritati praeferantur. Incertam dicimus Polemii Silvii auctoritatem, eo quod vox* depoſitio *aliter etiam quam ſtatuit, aſſeritque Mazochius explicari poſſit; ſciendum quippe eſt, quod antiqui Scriptores interdum ſacrorum corporum translationi nomen* Depoſitionis *dederunt. Martyrologium Hieronymianum ſub die Iulii ſecunda haec habet*: Depoſitio Miltiadis Papae, *& in Calendario Bucheriano ad titulum* Depoſitio Epiſcoporum *haec legitur nota*: IV. Id. Ian. Miltiadis in Calliſti. *S. Miltiades, vel Melchiades Pontifex e vivis exceſſit* IV. *Id. Decembris an.* 313. *Quonam igitur pacto haec poſſunt conciliari, ſi Mazochiana adſertio conſtat, nil prorſus aliud quam diem emortualem per* depoſitionis *nomen ſignificari? Nonne hic potius de translatione agi veroſimilius eſt? Daniel Papebrochius in ſuo* Conatu Chronico-Hiſtorico *ad Catalogum Romanorum Pontificum putavit* (a), *amanuenſium culpa* depoſitionis *vocem pro* ordinatione *in Martyrologium Hieronymianum irrepſiſſe, eo quod Melchiadis ordinatio in Pontificem ſub die ſecunda Iulii aliunde ſit certa, atque explorata; idque eo magis opinatus eſt, quod Epiſcoporum ordinationes, veluti S. Iacobi, S. Baſilii, S. Iohannis Chryſoſtomi, S. Martini, S. Gregorii Magni, aliorumque non raro tum Latina, tum Graeca Eccleſia commemoret. Verum coniectatio haec parum idoneis rationibus fulta videtur, cum* depoſitio, *non autem* ordinatio *in textu legatur, cumque ea vox ideo adhibita videri poſſit, quod ipſo recurrente ordinationis die Melchiadis forſan reliquias transferri contigit, quae cauſſa fuit, cur Scriptor huiuſmodi potius translationem, quam ordinationem notatam relinqueret. De translatione corporum SS. Petri, & Pauli uberius iam in Praefatione loquuti ſumus. Ponamus nunc illud quod forſan contingere potuit, nempe ut translatio haec occurrerit*

in

(a) Part.2. ſect.5. num.33.

in diem, quo ſive eodem tempore, ſive, ut probabilius videtur, inſecutis temporibus, feſtum Cathedrae D. Petri colebatur, ac facile ſtatim patebit, cur Silvius memoriam huius facti praeponere, iiſque verbis depoſitio S. Petri, & Pauli, *indicare voluerit. Coniectura quidem & haec eſt, noſque illam adeo libenter agnoſcimus, ut aliam ipſi quaſi ſubſidiariam adiungere operae pretium ducamus. Martyrologium Hieronymianum Epternacenſe, Dominico Georgio (a) referente, haec habet* : XV. Cal. Febr. Depoſitio Sanctae Mariae, & Cathedrae Petri in Roma. *Hic etiam vox* depoſitio *aliud procul dubio, quam diem emortualem indigitat, notandumque eſt obiter, quod licet antiquitus unicum Cathedrae feſtum die* XXII. *Februarii celebraretur, ut liquido conſtat ex pervetuſto Bucherii Calendario* : VIII. Kal. Mart. Natale Petri de Cathedra; *poſtea tamen aliud ſimile ſub die* XVIII. *Ianuarii celebrari coepit praeſertim in Galliis, unde mos ille tandem effluxit, ut primum in memoriam Cathedrae Antiochenae, ubi in tranſitu ſedere (b), alterum Romanae Cathedrae aſſignaretur, ubi Apoſtolorum Princeps quieſcere, & praeſentem vitam finire dignatus eſt (c). Atque hic haud eſt praetereundum ſingulare feſtum in commemorationem diei, quando Petrus primo Epiſcopus proceſſit, quod ſaeculo* IX. *ſub die* XII. *Februarii Neapo-*

(a) Ad diem 18. Ian. Martyrol. Adon. pag. 50.

(b) Innocentius Papa I. ep. 24. ad Alexandrum Epiſcopum Antiochenum cap. 1. apud Couſtant, pag. 851. aperte fatetur Antiochenam Eccleſiam primam primi Apoſtoli ſedem fuiſſe, quae *urbis Romae Sedi non cederet, niſi quod illa in tranſitu meruit, iſta ſuſceptum apud ſe conſummatumque gauderet.*

(c) S. Gregorius Magnus in ep. 40. ad Eulogium Epiſcopum Alexandrinum, To. 2. Opp. lib. 7. pag. 888. *Itaque cum multi ſint Apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola Apoſtolorum Principis Sedes in auctoritate convaluit, quae in tribus locis unius eſt. Ipſe enim ſublimavit Sedem* (Romanam) *in qua etiam quieſcere, & praeſentem vitam finire dignatus eſt. Ipſe decoravit Sedem* (Alexandrinam), *in qua Evangeliſtam* (Marcum) *diſcipulum miſit. Ipſe firmavit Sedem* (Antiochenam) *in qua ſeptem annis, quamvis diſceſſurus, ſedit.*

Neapolitana Eccleſia celebrabat. In marmoreo Calendario a Mazochio illuſtrato ita deſignatur (a):

XII D QVO ELECTVS EST S PETRVS PAP

Ex Graecorum libris ſchiſmate antiquioribus feſtivitatem hanc Cathedrae Petri, diei nempe, quo ipſe electus eſt Papa, in Neapolitanam Eccleſiam tranſiiſſe putat Mazochius, etſi modo nullum huiuſce feſti veſtigium in eorum libris Liturgicis adpareat. Verum quum quantum eſt hodie autographorum Graecae Eccleſiae librorum, id omne haud magnam antiquitatem praeſeferat, quorum qui ſunt paullo antiquiores, Baſilio Macedoni aequales ſunt; ceteri multo recentiores: omnino autem omnes ſunt ſchiſmate poſteriores. Atqui praecipuum inter utramque Eccleſiam diſcidii caput in Papae Romani primatu verſabatur. Pro hoc quidem quum Occidentales acriter decertarent, eorum intererat Petri Cathedram impenſe colere. Contra vero id Graecis curae non erat, quippe Conſtantinopolitanam ſedem extollere, Romanam deprimere, qua poſſent, adnitentibus. At ante ſchiſma feſtivitatem illam a Graecis omiſſam non fuiſſe, imo eam die XII. *Februarii fuiſſe celebratam Mazochius opinatur, quod* hi faſti marmorei [*eius haec verba ſunt*] teſtificari poſſunt; qui quum pleraque feſtorum ſuorum de Graeco ritu in ſuum Kalendarium transfuderint, hanc etiam celebritatem illinc arripuiſſe videntur. Quam quidem ſi ab Romana Eccleſia adſciviſſent, eam cum Romanis in XXII. Febr. conieciſſent. Nunc quia diverſo prorſus diei illam adfixerunt; permagno id argumento eſt, Neapolitanos & feſtum, & feſti diem ex Eccleſia Conſtantinopolitana illa antiquiore, & Romanae Sedi obſequentiore arceſſiviſſe. *Sed redeamus ad Martyrologii textum ſupra relatum*: Depoſitio Sanctae Mariae, & Cathedrae Petri in Roma: *Verba illa* depoſitio Sanctae Mariae *aliquam videntur tranſlationem innuere, ſive imaginis, ſive alicuius veſtis B. Virginis, ita prorſus ut in Graeco-Moſcho Calen-*

(a) Pag. 49.

Calendario (*a*): Depoſitio veſtis in Blachernis, *&* Depoſitio Zonae Deiparae; *reliqua vero* & Cathedrae Petri in Roma *Cathedram ex Antiochia Romam a D. Petro translatam. His poſitis* depoſitio *apud Silvium nihil aliud eſſet*, *quam Cathedrae feſtum*, *& idcirco* depoſitio S. Petri, & Pauli *hoc idem ſignificaret*, *quod* depoſitio S. Petri de Cathedra, & Pauli commemoratio, *eo quod olim*, *ut nunc*, *hi duo Apoſtoli uno*, *eodemque officio*, *ac memoria culti fuerunt*. *Addunt huic opinioni pondus ea*, *quae Bollandiſta Conradus Ianningus* (*b*) *refert ex alio vetuſtiſſimo apographo Martyrologii Hieronymiani*. *Ibi*: XV. Kal. Febr. Depoſitio Cathedrae Petri Romae. *Utcumque ſit*, *huiuſmodi explicatio videtur certe vero propior*, *ac magis conveniens feſto*, *quod* VIII. *Cal. Martias multo ante Silvium*, *ideſt a ſaeculo* IV. *celebrabatur ſub titulo* natale Petri de Cathedra. *Nec alia deſunt exempla quibus clare*, *nulloque negotio evinci poteſt*, *vocem* depoſitio *rem omnino diverſam a die obitus oſtendere*. *Sic apud Georgium praefatum* (*c*) *in Martyrologiis Fuldenſi*, *atque Ottoboniano legitur ſub die* XI. *Aprilis*: Romae depoſitio Sancti Leonis Papae, & Confeſſoris, *quem omnes norunt ſub die* X. *Auguſti an.* 461. *e corporis vinculis ſolutum ad ſuperos migraſſe*. *Pari modo Calendarium Bucherii quamquam nonnullis in locis obitum*, *vel ſepulturam martyris* depoſitionis *nomine appellat*, *ac praeſertim ubi agit de SS. Apoſtolis Petro*, *& Paulo*, *& SS. Fabiano*, *ac Sebaſtiano*, *alibi tamen nihil praeter translationem intelligit*, *ut in martyribus Cyriaco*, *Largo*, *& Smaragdo*, *quos notat* VI. *Idus Auguſti*, *cum eorum paſſio acciderit* XVII. *Cal. Apriles*, *quod idem dicitur de Gorgonio*, *cuius feſtum ſignat* V. *Idus Septembris*. *Maioris haec roboris ſunt*, *quam ut pluribus debeant exemplis comprobari*. *Quapropter iure ac merito ſtatuendum putamus*, *quod vox* depoſitio *per Silvium*

(*a*) Ap. Aſſeman. Tom. 6. Calend. Eccl. univ. ad diem 2. Iulii p. 454., & ad diem 31. Aug. p. 559.

(*b*) Tom. 5. Iunii pag. 474.

(*c*) Martyrol. Adon. pag. 152.

Digitized by Google

quium adhibita multo magis ad Cathedrae feſtum ; vel ad memoriam translationis Apoſtolorum innuendam pertinet, quam ad martyrium eorumdem, & mortem declarandam, quam Scriptores omnes Silvio anteriores, coaevi, ac poſteriores III. *Cal. Iulias attribuunt.*

Mirari autem nemo debet, ſi recentiora quaedam Eccleſiae Latinae Calendaria D. Petri natale ab altero D. Pauli ita diſtinguunt, ut primo nonam ac vigeſimam Iunii, ſecundo trigeſimam aſſignent. Deſideratur quidem haec diſtinctio feſtivitatum in Hieronymianis, & apud Bedam genuinum, ſed in pleriſque poſterioribus Hagiologiis, & libris Liturgicis mentio habetur de ea, quemadmodum fit in Martyrologiis Uſuardi Commemoratio S. Pauli Apoſtoli, *Notkerii* Feſtivitas S. Pauli Apoſtoli, *Adonis* natalis, & celebratio iterum S. Pauli Apoſtoli; *in Calendario Frontonis* die XXX. menſ. ſup. ad S. Paulum; *& in marmoreo Calendario Neapolitano ſaeculo* IX. *elaborato apud Mazochium* (a):

XXVIIII NT S PETRI
XXX NT S PAVLI

Hic enim uſus ex diſtincto eorum cultu invaluit, non e veteri memoria, vel opinione, quod martyrium diverſo die conſumaſſent. Romae quidem vetuſtioris aevi Pontifices Apoſtolorum feſtum in eorum baſilicis eadem die, nempe III. *Cal. Iulias, duplici celebrabant ſtatione. Sed cum propter locorum diſtantiam nimis durum, ac oneroſum eſſet Pontifici, aliiſque Praeſulibus* (b) *in utraque baſilica uno*

P

(a) Pag.903.

(b) Ad augendam B. Petri ſolemnitatem die natali eius Epiſcopi Romam confluere ſolebant. S. Paulinus Nolanus Epiſcopus ep.13. ad Severum, & 16. ad Delphinum ſolemnem hanc vocat conſuetudinem. Conveniebant etiam Epiſcopi ad celebrandum natalem diem Romani Pontificis, hoc eſt diem anniverſarium eius conſecrationis in Romanum Antiſtitem; ſed Gregorius Magnus morem ſuſtulit, mandavitque ut potius accederent ad celebrandum B. Petri natalem diem: *Praeterea* (ita ſapientiſſimus ille Pontifex Petro ſubdiacono ſcribebat ep.36. lib.1.

uno eodemque die ſacrorum ſolemnia peragere, *Gregorius Magnus*, *Micrologo teſtante* (*a*), *Petri feſtum die* XXIX., *Pauli vero* XXX. *inſequenti celebrari mandavit* : Sanctus Gregorius Papa feſtum S. Pauli, poſt feſtum S. Petri voluit obſervare. *Certe in Sacramentariis Gregorianis vetuſtioribus die* XXX. *Iunii Miſſa habetur* in natali S. Pauli, *ut in codice Chriſtinae Reginae Suecorum* 337., *in Sacramentariis Pamelii*, *Menardi*, *Angeli Rocchae*, *Palatin. Vat.* 495., *Vat.* 1272., 4770., 4772., *& aliis a Georgio citatis* (*b*); *& hinc poſtea mos obtinuit*, *ut Eccleſiae aliae Romanam magiſtram ſequentes Apoſtolorum feſtum dividerent*, *ita ut ſub die nona ac vigeſima Iunii* natale S. Petri, *& ſub trigeſima* natale S. Pauli *commemorent*. *His addimus Calendarium Eccleſiae Romanae a Leone Allatio editum* (*c*), *& ſaeculo* VIII. *ſcriptum*, *non modo feſta*, *ſed etiam vigilias Apoſtolorum diſtinguere*. *Ibi* : Eadem die [*nimirum* IV. *Cal. Iulii*] vigilia S. Petri. III. Cal. Iulii natale S. Petri. Eadem die vigilia S. Pauli. Pridie Calend. Iulii natale S. Pauli. *Saeculo ſequenti S. Leo IV.*, *teſte Libro Pontificali* (*d*), in baſilica beati Pauli Apoſtoli ſuperno fretus amore veſpertinas publice a cuncto Clero, & Schola conſtituit die natali eius pſalli laudes. *Veſperae antiquitus decantari ſolebant adventante nocte lucernis accenſis*, *dictae propterea* Lucernarium. *Fortaſſe*

lib. 1. Ind. 9.) *ſicut moris fuit*, *ut ad natalem Pontificis Epiſcopi convenirent*, *ad ordinationis meae diem venire eos prohibe*, *quia ſtulta*, *& vana ſuperfluitas non delectat*. *Sed ſi eos venire neceſſe eſt*, *in B. Petri Apoſtolorum Principis natalem conveniant*, *ut ei*, *ex cuius largitate Paſtores ſunt*, *gratiarum actiones ſolvant*. Exſtat in Diurno Romanorum Pontificum tit. 21. edit. Lucae Holſtenii Romae 1658. *Cautio*, ſive inſtrumentum, quo novus Epiſcopus fidem ſuam obligabat ad ea, quae pollicebantur, explenda. Horum alterum erat huiuſmodi : *Promitto etiam me ad natalem Apoſtolorum*, *ſi nulla neceſſitas impedierit*, *annis ſingulis occurſurum*.

(*a*) Cap. 42. pag. 101.

(*b*) Martyrolog. Adon. part. 2. pag. 308.

(*c*) De Dominic. & hebdomad. recent. Graecor. pag. 1490. Coloniae Agrippinae 1648.

(*d*) Tom. 3. pag. 72.

taſſe in die feſto B. Pauli iuſſit Leo decantari publice ante ſolis occaſum. Denique inſecutis temporibus, ne vocabulum illud natale *vel cauſſam errandi praeberet, vel dubium ſaltem induceret; utrum paſſionis dies, an feſtum quodlibet anniverſarium intelligi oporteret, nonam ac vigeſimam Iunii diem ita inſcripſerunt:* In natali Apoſt. Petri, & Pauli; *trigeſimam autem, atque ultimam menſis:* In commemoratione S. Pauli. *Verum haec titulorum diverſitas nihil prope immutavit in divinis officiis; cum, oratione tantum excepta, horae canonicae, ac Miſſa diei* XXIX. *ad Principem Apoſtolorum,* XXX. *vero inſequentis ad Gentium Doctorem pertineant. Planum igitur, ſtatutumque iam ſit, quod Petrus Apoſtolus* III. *Cal. Iulias Romae in Vaticano prope Tiberim in crucem actus capite inverſo Sacerdotii Principatum proprio ſanguine decoravit* (a), *quodque eodem die,*

(a) S. Petrum obiiſſe Romanum Epiſcopum, quotquot exſtant Catalogi Romanorum Pontificum apertiſſime demonſtrant, cum unanimes ab ipſo initium ſumant. Ita antiquior Catalogus ſaeculo IV. confectus apud Bucherium, ita Catalogus ex codice Chriſtinae Svecorum Reginae ſaeculo VI. exaratus apud Scheleſtratem; ita ceteri poſteriores apud eumdem Scheleſtratem, Vignolium, alioſque. Idipſum fecerunt Eccleſiae Patres Irenaeus lib. 3. contr. haer. cap. 3., Optatus lib. 2. n. 2. de Schiſm. Donat. contra Parmenianum, Epiphanius haer. 27. cap. 6., Auguſtinus ep. 165. ad Generoſum, in conſcribenda RR. PP. ſerie. Cum SS. Patribus, & Catalogis concinunt picturae, aliaque vetera monumenta, inter quae memoranda occurrit ſeries Pontificum in baſilica S. Pauli in via Oſtienſi perveruſtis certiſſimè temporibus depicta. Praeterea Romanus Epiſcopatus, & Sedes, & Cathedra Petri frequenter a SS. Patribus vocatur, ut ex aliquorum dictis, quae hic adnotabimus, patebit. Agmen S. Cyprianus Carthaginenſis. In ep. 55. ad Cornelium Papam, in qua de Feliciſſimo, & Fortunato ſchiſmaticis Africanis ait: *Poſt iſta adhuc inſuper Pſeudoepiſcopo ſibi ab haereticis conſtituto, navigare audent & ad Petri Cathedram, atque ad Eccleſiam principalem, unde unitas ſacerdotalis exorta eſt, a ſchiſmaticis, & profanis litteras ferre, nec cogitare eos eſſe Romanos quorum fides Apoſtolo praedicante laudata eſt, ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum.* Et in ep. 52. ad Antonianum de Cornelio,

atque anno Coapoſtolus Paulus gladio percuſſus ad Aquas Salvias prope viam Oſtienſem martyrii palmam eſt conſecutus.

Propoſiti argumenti finem attigimus. Libet nunc pauca de habitu corporeo, ſeu ſtatura, ac facie Apoſtolorum diſſerere, quae legentibus haud ingrata fore arbitramur. Occaſionem hanc ſumimus e plumbeo ſigno, quod huius Operis fronti accuratius deli-

lio, & Novatiano, profitetur Romanum Epiſcopum creari nihil aliud eſſe, quam ipſum Petri locum obtinere. Patres Synodi Sardicenſis ſic an.345. ad Iulium R.P. ſcribunt apud Couſtant. pag.395. *Hoc enim optimum, & valde congruentiſſimum eſſe videbitur, ſi ad caput, id eſt ad Petri Apoſtoli Sedem, de ſingulis quibuſque provinciis Domini referant ſacerdotes.* S. Hieronymus ad Damaſum R. P. *Ego nullum primum, niſi Chriſtum ſequens, Beatitudini tuae, ideſt Cathedrae Petri, communione conſocior: ſuper illam petram aedificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit profanus eſt. Si quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio.* Tandem, ut brevitati conſulam, S. Auguſtinus in Pſalmo contra partem Donati: *Numerate*, inquit, *Sacerdotes vel ab ipſa Sede Petri, & in ordine illo Patrum, quis cui ſucceſſit, videte.* Hinc S. Siricius Papa in epiſtola quam an.385. ad Himerium Epiſcopum Tarraconenſem ſcripſit apud Couſtant. pag.624. merito aiebat: *Portamus onera omnium, qui gravantur: quin immo haec portat in nobis B. Apoſtolus Petrus, qui nos in omnibus, ut confidimus administrationis ſuae protegit, & tuetur heredes.* Et Zoſimus an.418. in epiſtola ad Afros, nempe ad Aurelium, ac ceteros, qui in Concilio Carthaginenſi adfuerunt apud cit. Couſtant. pag.974. *Habet enim ipſe* (Petrus) *cum omnium Eccleſiarum, tum huius* (Romanae) *maxime ubi ſederat curam; nec patitur aliquid privilegii, aut aliqua titubare aura ſententiae, cui ipſe ſui nominis firma, & nullis hebetata motibus conſtituit fundamenta, & quae ſine ſuo periculo temere nullus inceſſat.* Leo denique Magnus Serm. 2. in anniverſ. aſſumpt. ſuae: *Si quid itaque a nobis recte agitur, recteque diſcernitur, ſi quid a miſericordia Dei quotidianis ſupplicationibus obtinetur, illius eſt operum, atque meritorum, cuius in Sede ſua vivit poteſtas, & excellit auctoritas.* Sed finem ponamus adnotationi aurea illa Irenaei ſententia, quae loco ſuperius citato his concepta eſt verbis: *Ad hanc enim Eccleſiam propter potiorem principalitatem neceſſe eſt omnem convenire Eccleſiam, hoc eſt eos qui ſunt undique fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt undique, conſervata eſt ea, quae eſt ab Apoſtolis traditio.*

delineatum apponi curavimus. In lamina hac plumbea, quae magnam prorſus antiquitatem redolet, Petri, ac Pauli imagines ſimplici admodum, rudique forma expreſſae conſpiciuntur. Ac primo nullum in capite nimbum habent, quod certe remotioris eſt aevi. Siquidem Antonius Pagius (a) affirmat primis quatuor ſaeculis pictores ferme &c. nec Chriſto, nec Apoſtolis, nec ulli ſuperum eiuſmodi circulos adhibuiſſe. *Deinde ipſa experientia docet nonniſi raro perantiquas imagines cum hoc ornamento inveniri, quemadmodum eruditiſſimus vir Anſelmus Coſtadonius Abbas Camaldulenſis teſtatur (b). Nec unica clavis, quae pendet e pectore D. Petri eiuſmodi vetuſtati repugnat; nam licet antiquiſſimae imagines Principis Apoſtolorum, quae non modo in vitris coemeterialibus apud Philippum Bonarrotium (c), ſed etiam in ſarcophagis viſuntur apud Antonium Boſium (d), eiuſque illuſtratores Iohannem Severanum, Paulum Aringhium, & Iohannem Bottarium, abſque ullo ſigno appareant, vel crucem aut monogramma Chriſti, aut volumen in manibus teneant, ſeu Moyſis figuram virga petram percutientis, ut penes Boldettum (e) exhibeant, nihilominus*

(a) Ad an. 394. n.4.

(b) Symbol. Litter. Dec. Florent. Tom. 3. pag.21.

(c) Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro. Firenze 1716.

(d) Roma ſotterranea opera poſtuma. Roma 1632.

(e) Oſſervaz. ſopra i Cimiterj lib.1. cap. 39. pag.200. Etiam S. Bernardo lib.2. cap.9. de Conſideratione ad Eugenium III. Romanus Pontifex dicitur *auctoritate Moyſes*. En eius verba: *Age indagemus adhuc diligentius qui ſis, quam geras, videlicet pro tempore, perſonam in Eccleſia Dei. Quis es? Sacerdos magnus, ſummus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum, tu heres Apoſtolorum, tu Primatu Abel, gubernatu Noë, Patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, unctione Chriſtus. Tu es, cui claves traditae, cui oves creditae ſunt. Sunt quidem & alii caeli ianitores, & gregum Paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius utrumque prae ceteris nomen hereditaſti. Habent illi ſibi aſſignatos greges, ſinguli ſingulos, tibi univerſi crediti, uni unus. Nec modo ovium, ſed & Paſtorum; tu unus omnium Paſtor. Unde id probem quaeris? Ex verbo Domini. Cui enim, non dico Epiſcoporum, ſed etiam Apoſtolorum; ſic abſolute, & indiſcrete, totae commiſſae ſunt oves?*

Digitized by Google

minus a ſaeculo uſque quinto monumenta ſuperſunt, *quae S. Apoſtolum oſtendunt duas habentem*, *vel unam clavim quaſi ſymbolum ei traditae a Chriſto Domino poteſtatis* (a). *Binis cum cla-* [illegible] *vibus*

(a) S. Maximus Taurinenſis Epiſcopus Hom. 1. in Natali Apoſt. Petri, ac Pauli, de Petri clavibus loquens ait: *Haec illi confeſſio dedit*, *ut ante claves regni caelorum acciperet*, *quam caeli ianuas introiret*. *Sed ne qua vos*, *fratres*, *de creditis Petro clavibus regni*, *more noſtrarum clavium cogitatio terrena permoveat*. *Claves enim caeli lingua eſt Petri*, *quia ſingulorum merita cenſendo Apoſtolus unicuique regnum caelorum aut claudit*, *aut aperit*. *Non eſt ergo clavis iſta mortalis artificis aptata manu*, *ſed data a Chriſto poteſtas eſt iudicandi*. Hinc *clavigeri*, *clavigeri Chriſti*, *clavigeri caeleſtis*, *clavigeri regni caelorum*, *clavis ad regnum*, *archiclavi totius monarchiae Eccleſiarum*, & *primogeniti clavigerorum* nomen paſſim S. Petro adſcribitur in vetuſtis monumentis. Epitaphium Liutprandi Regis Langobardorum in baſilica S. Petri *in caelo aureo* apud Ticinum, S. Petrum *caeleſtem clavigerum* vocat:

Praecipue Petro, *caeleſti*, *hac ſede locata*,
Clavigero.

In donatione villae Cluniacae, quam an. 910. Willelmus Comes fecit ad conſtruendum monaſterium in honorem SS. Petri, & Pauli, apud Ioh. Beslium in Comitibus Pictavien. p. 233., S. Petrus dicitur *archiclavus totius monarchiae Eccleſiarum*; idemque occurrit in Biblioth. Sebuſ. cent. 1. cap. 1. p. 6. in charta fundationis Paterniaci Monaſterii an. 966. per Bertam Reginam Burgundiae. In libro mirabili Abbatiae Conchenſis apud Baluzium To. 2. p. 37. *Hiſtoire d' Auvergne*, ad an. 947. haec adnotantur: *Locus ſacrorum ſanctae Dei Eccleſiae*, *qui ſitus eſt in pago Ruthenico ſuper alveum Dordonis*, *& eſt fundatus in honore D. N. I. C.*, *ſeu Genitricis eius cum pari eſt conſecratus honore*, *nec non S. Petri Principis Apoſtolorum*, *ſeu Clavigeri*. Et in charta Odonis Comitis Campaniae apud cit. Beslium pag. 289. *claviger Chriſti* vocatur. *Claviger regni caelorum* apud Cyrillum Epiſcopum Hieroſolymorum Catech. 40. n. 4., & frequentius in medii aevi monumentis. *Clavis ad regnum* vocatur a S. Auguſt. ſerm. 22. de SS.: *Dignus certe*, *qui aedificandis in domo Dei populis lapis eſſet ad fundamentum*, *columna ad ſuſtentaculum*, *clavis ad regnum*. Tandem apud Ephraemum Syrum in Encom. in Petrum &c. pag. 462. Tom. 3. Opp. Romae 1746. dicitur *primogenitus clavigerorum*. His titulis antiquitas merito decoravit Principem Apoſtolorum, propter ampliſſimam poteſtatem, quae in eiuſdem Petri ſucceſſoribus, nempe Romanis Pontificibus, manet. Infinita ſunt Patrum tum Latinorum, tum Graecorum teſtimonia, quibus Pe-

vibus apud Ciampinium (a) *conſpicitur in celebri muſivo, quo Leo Magnus anno* 441. *medium arcum ornavit baſilicae D. Pauli, cuiuſque auctoritate uſus eſt poſtea Hadrianus I.; ut antiquum ſacrarum imaginum cultum comprobaret* (b). *Apud Ciampinium eumdem unica etiam cum clavi exhibetur* (c) *in altero muſivo, quod anno* 472. *Flavius Ricimeres in templo D. Agathae in Suburra ſuis expenſis elaborari mandavit. Unicam pariter clavim habet imago D. Petri in uno e ſepulcris inſculpta, quae Theodericus Rex in eccleſia Claſſenſi S. Apollinaris extra Ravennae muros*

Petri claves Romanis Pontificibus vindicantur. Inſtat omnium ſit unus ex Graecis, & quidem maximi nominis Theologus, qualis Theodorus Studites, qui lib. 1. ep. 33. ad Leonem III. aiebat: *Audi claviger regni caelorum, Petra fidei, ſuper qua fundata eſt Eccleſia Catholica; Petrus enim tu es, qui Petri ſedem ornas, & gubernas.* Et ad Paſchalem I. lib. 2. ep. 12: *Chriſti Evangelium, cuius claves ab eodem Chriſto tu accepiſti per Apoſtolorum Antiſtitem, & per eos, qui ſucceſſive, ad tuum uſque anteceſſorem, ſacratiſſimum tuum caput praeceſſerunt.* De Romana vero Eccleſia in hac epiſtola ita pronunciat: *Primaria ſedes, in qua Chriſtus Dominus poſuit claves fidei.*

(a) Vet. Monim. To. 1. cap. 24. pag. 232.

(b) *Itemque* (ait in epiſt. data an. 787. ad Carolum Regem, qua confutantur illi, qui Synodum Nicaenam ſecundam oppugnarunt, Labb. Tom. 8. pag. 1591.) *de ſancto quarto Concilio, egregius atque mirificus praedicator S. Leo Papa & ipſe fecit eccleſias, quas in muſivo, & diverſis hiſtoriis, ſeu imaginibus pingens decoravit. Magis autem in baſilica B. Pauli Apoſtoli, arcum ibidem maiorem faciens, & muſivo depingens, Salvatorem D. N. I. C., ſeu vigintiquatuor Seniores, nomine ſuo verſibus decoravit.* In eodem arcu etiamnum exſtant verſus qui ſequuntur:

TEODOSIVS CEPIT PERFECIT ONORIVS AVLAM

DOCTORIS MVNDI SACRATAM CORPORE PAVLI

(ſic)

PLACIDIAE PIA MENS OPERIS DECVS HOMNE. PATERNI

GAVDET PONTIFICIS STVDIO SPLENDERE LEONIS

(c) Tom. cit. cap. 28. p. 272.

muros fieri iuſſit (a). Nihil igitur impedit, quominus plumbeum hoc ſignum reſpectu imaginis D. Petri ad ſaecula remotiora pertineat; immo ſi attendatur forma clavis, quae pendet e pectore D. Petri, antiquius aliis omnibus monumentis Apoſtolum cum una, aut pluribus clavibus repraeſentantibus, indicabimus. Qualis olim clavium forma fuerit videri poteſt penes Paulum Petavium (b), Laurentium Pignorium (c), Ieremiam Iacobum Oberlinium (d), alioſque. Noſtra clavis cum illa antiquiſſimae formae, quam Pignorius dedit (e), quamque ad priora ſaecula pertinere manifeſtum eſt, apprime reſpondet. Idem affirmari poſſet quoad alteram D. Pauli nimbo aeque carentem, niſi dubium enſis moveret lateri dextro adiunctus, quo paſſio indicatur capitis abſciſſione peracta; etenim primae aetatis monumenta deſunt, quae Apoſtolum Paulum ita exhibeant, cum vetuſtiores imagines, ut Petri, aut nihil, aut volumen, vel crucem in manibus habeant. Nullum Bonarrotius (f) monumentum antiquius cum enſis ſymbolo novit, quam tabulam anni 1364. Florentiae exſiſtentem in Capitulo monaſterii Angelorum ad Camaldulenſes ſpectantis. Eius opinioni de enſe Pauli imaginibus noviſſime appoſito ita Bottarius adhaeſit (g), ut non ſolum negaverit hoc ſymbolum in uſu fuiſſe ante ſaec. XIV., ſed Bonarrotium ipſum reprehenderit, quod idem ſenſiſſet de Petri imaginibus, quae claves affictas habent, quamquam ille contrarium affirmet, muſivaque in exemplum adducat, cum S. Agathae in Suburra, tum Lateranenſis Triclinii a Leone III. conſtructi, ac illud tandem, quod in cryptas Vaticanas translatum, antiquitus ornabat ſepulcrum Othonis II., quae duo poſtrema non uni-

cam,

(a) Ciampin. Tom. 2. cap. 3. pag. 6.

(b) Explication de pluſieurs Antiquites Tab. 20. Amſterdam 1757.

(c) De Servis cap. 14. p. 106., & ſeq. Patavii 1694.

(d) Muſeum Schoepflini To. 1. Tab. 13. Argentorati 1773.

(e) Loc. cit. pag 106.

(f) Oſſervaz. ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro, pag. 99.

(g) Roma ſotterr. Tom. 1. p. 95. Roma 1737.

Digitized by Google

cam, *vel binas*, *ſed tres claves novo prorſus ſpectaculo oſtendunt* (*a*). *Ambo tamen Bonarrotius*, *&* *Bottarius in eo ſunt corrigendi*, *quod imaginem Pauli cum enſe ante ſaeculum* XIV. *nuſquam exſtitiſſe aſſeverent*. *Nam quod praecedenti ſaeculo ita pingi conſuevißet*, *manifeſto liquet ex iis*, *quae ſcribit Gulielmus Durandus Epiſcopus Mimatenſis in* Rationali Divinorum Officiorum, *quod anno* 1286. *conſcripſit*. *Eius verba haec ſunt* (*b*): Confeſſores pinguntur cum ſuis inſigniis, ut Epiſcopi mitrati, Abbates capuciati, & quandoque cum liliis, quae caſtitatem deſignant, doctores cum libris in manibus, virgines [ſecundum evangelium] cum lampadibus. Paulus cum libro, & enſe: cum libro quia doctor, ſive propter converſionem ſuam, cum enſe, quia miles, unde verſus:

Mucro furor Pauli, liber eſt converſio Sauli.

Nos hanc enſis explicationem probare haud poſſumus cenſentes eo

(*a*) Horum monumentorum exempla videri poſſunt apud Nicolaum Alemannium Diſs. de Lateranenſibus Parietinis tabul. 6., pag. 45., & tab. 8. pag. 56. Romae 1756. Per claves, ſeu ternae illae ſint, ſeu binae, vel una dumtaxat, indicatur ampliſſima poteſtas, quam S. Petro tradidit Ieſus Chriſtus: *Cui ergo* (ait Ivo Carnotenſis in ſermone de Sacramentis Dedicationis Eccleſiarum, apud Hittorpium de Divin. Offic. pag. 419. Romae 1591.) *portae Inferi non praevalebunt*, *&* *cui ligandi*, *atque ſolvendi in caelo*, *&* *in terra privilegium traditur*, *conſtat quia &* *caelo*, *&* *terrae*, *&* *in inferno principetur*. Iudicet exinde lector, an triplici huiuſmodi poteſtati alludere potuerint ii, qui S. Petrum tribus clavibus effinxerunt. Inſecutis temporibus mos obtinuit efformandi Apoſtolorum Principem binas tantum claves geſtantem, immo hae claves inſignia evaſerunt Romanae Eccleſiae, coeperuntque pingi aurea una, & altera argentea: *Per auream clavem* (ita ad rem Iohannes Molanus in hiſt. SS. Imaginum, & Picturarum lib. 3. c. 21. p. 130. Lovanii 1594.) *intelligo poteſtatem abſolutionis*: *per argenteam excommunicationis*: *Haec enim inferior eſt*, *illa dignor*:

(*b*) Lib. 1. cap. 3. de picturis, & cortinis, & ornamentis eccleſiae n. 15., & 16. pag. 10. Venetiis 1577.

ſymbolo nihil aliud exprimi quam Pauli martyrium, ut in aliis licet antiquis monumentis animadvertere, & praeſertim in muſivo S. Agnetis extra muros, quod Honorio I. Papae tribuitur; ibi namque ſub flammis pugio apparet, quo S. martyrem a carnifice poſtremo iugulatam ferunt. Durando autem circa uſum, qui aetate ſua viguit D. Paulum cum enſe pingendi, non modo aſſentimur; ſed inſuper exiſtimamus longe antea hunc morem introductum fuiſſe, cum ille de re palam nota loquatur, & ſymbola deſcribat, quae tunc Sanctorum iconibus tamquam propria adiungi ſolebant. Ex his licet inferre haud parvi aeſtimandam eſſe noſtram hanc laminam plumbeam, quae maximae vetuſtatis cum ſit, conſpicuum D. Pauli figurae gladium apponit. Aliud ſimile, etſi aevi inferioris monumentum eiuſdem Apoſtoli marmorea exhibet ſtatua, quae ad ſepulcrum ſteterat Othonis II., quamque olim Pauli V. dono translatam in Eremum Camaldulenſem agri Tuſculani nunc apud ſe retinet una cum altera D. Petri clariſſimus Praeſul Philippus Valenti. Ea Paulum exhibet ſiniſtra manu librum, ac enſem dextra gerentem e ferro ſuppletum, poſtquam lapideus, quem habuit, temporis iniuria defecit. Ut aliquid hic etiam dicamus de veſtibus Apoſtolorum, D. Petrus tunica tantum amictus videtur, cum e contrario D. Paulus tunicam, & pallium oſtendat. Antiqui non aliter Apoſtolorum imagines quam tunica, & pallio indutas repraeſentari ſtuduerunt; hic enim mos erat Hebraeorum, imo & Orientis totius, notante Strabone (a), Aſſyrios tamquam ceteris molliores binas ſub pallio tunicas geſtare conſueviſſe. Milites Chriſti Servatoris pallium in quatuor ſcinderunt partes, tunica ſolummodo intacta relicta. Angelus D. Petro vinculis conſtricto dixit (b): Praecingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit ſic. Et dixit illi: circumda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me; *hoc eſt, illum admonuit, ut tunicam cingulo adſtringeret, ſoleas* [illegible] *pedi-*

(a) Lib. 16. pag. 746. (b) Act. Apoſtolor. cap. 12. v. 8.

pedibus, *vel ſandalia* (*a*) *indueret*, *& pallium humeris imponeret*. *Nec pallio Apoſtoli ſunt uſi*, *ut*, *quemadmodum Ethnici Philoſophi ſapientiam habitu praeſerrent*, *atque oſtentarent*, *ſed ut publicae inſervirent ſuae gentis conſuetudini*. *Hinc S. Cyprianus ait* (*b*) : Nos autem .... , qui philoſophi non verbis, ſed factis ſumus, nec veſtitu ſapientiam, ſed veritate praeferimus. *Denique*, *ut nihil dicamus de cruce*, *quae media inter SS. Apoſtolos apparet*, *& Petri*, *vel potius Domini paſſionem ſignificat*, *cuius meritis*, *ac virtute inſignem uterque triumphum reportavit*, *illud praecipue notandum occurrit*, *quod Petri imago non ſecus*, *ac in nonnullis veteribus muſivis*, *aliiſque monumentis ad Pauli ſiniſtram conſiſtit*, *etſi vitra coemeterialia*, *quae Bonarrotius* (*c*) *affert*, *dextrum Petro locum aſſignent*. *De hoc primus omnium*, *ut nobis videtur*, *Petrus Damianus* (*d*) *verba fecit*, *ac deinde alii multi* (*e*) *variis inter ſe*, *diſcordibuſque ſententiis*, *quarum unam*, *atque alteram hic in medium producimus*. *Prima hunc morem apud Iudaeos*, *Graecos*, *Romanoſque viguiſſe contendit*, *ut in rebus ſacris ſiniſtra pars dexteram honore anteiret*. *Secunda opinatur artificibus in uſu*

Q 2 *fuiſſe*,

(*a*) Caligae vocantur in textu Vulgatae, verum ſandalia ſunt intelligenda, cum Chriſtus Apoſtolis praeceperit, prout eſt apud D. Marcum cap.6 v.8,, & 9. : *Ne quid tollerent in via*, *niſi virgam tantum* : *non peram*, *non panem*, *neque in zona aes*, *ſed calceatos ſandaliis*, *& ne induerentur duabus tunicis*. Et apud S. Matthaeum cap.10. v.10. calceos prohibuit : *Non peram in via*, *neque duas tunicas*, *neque calceamenta &c.* Calcei totum pedem ; at ſandalia, vel ſoleae ima tantum, aut partem inferiorem tegebant.

(*b*) De bono patient. pag.491. Venetiis 1728.

(*c*) Oſſerv. ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi di vetro Tav.10, 11., 12., 14., 15., e 16.

(*d*) Opuſc. 35.

(*e*) S. Thomas in ep. ad Galat. cap.1. lect. 1., Durandus Rat. Div. Offic. lib.7. cap.24., Iohannes Molanus hiſt. ſacr. Imagin. lib.3. cap.24., Petrus de Marca de Primatu Petri inter opuſc. ap. Baluz. n.21., Leo Allatius de Eccl. Occid., & Orient. Conſenſ. cap.6., Mabillon. de re diplom. Mitto ceteros ne ſim longus.

Digitized by Google

fuiſſe, ut, ſive muſiva, ſive picturas elaborarent, dextrum latus ad ſpectatores, non autem ad imagines referrent. Utcumque ſit vitra, quae procul dubio muſivis, ac picturis multo ſunt antiquiora, dextram Principi Apoſtolorum partem, ſi unum excipias apud Boldettum (a), conſtanter attribuunt.

Plurimum lamina haec noſtra plumbea a ceteris fere omnibus monumentis in eo differt, quod effigies Apoſtolorum Petri, & Pauli haud parum diverſas exhibet ab iis, quae vel Scriptores tradunt, vel antiquae imagines praeferunt. Penes Boldettum quoque duo vitra exſiſtunt, quae Petri, ac Pauli figuras ceteris diſſimiles exhibent (b). Colligere hinc eſt artifices interdum traditione, vel exemplo maiorum neglecto has confeciſſe effigies, prout ipſas mente conceperant. Quis enim [*ait S. Auguſtinus* (c)] legentium, vel audientium, quae ſcripſit Apoſtolus Paulus, vel quae de illo ſcripta ſunt, non fingat animo & ipſius Apoſtoli faciem, & omnium, quorum ibi nomina commemorantur? Et quum in tanta hominum multitudine, quibus illae litterae notae ſunt, alius aliter lineamenta, figuramque illorum corporum cogitet, quis propinquius, & ſimilius cogitet, utique incertum eſt. *Poſt haec addit parum referre*, qua facie corporis fuerint illi homines. *At exſiſtentibus etiam tum imaginibus ad verum expreſſis, quis neget multo ſatius fuiſſe illas adeo caute, fideliterque imitari, ut nuſquam a primis autographis recederent? Quod verae icones Petri, ac Pauli primaevis exſiſterent Eccleſiae temporibus ita manifeſto liquet, ut ipſe Euſebius (d) teſtetur diſertis his verbis:* Nec vero mirandum eſt gentiles a Servatore noſtro beneficiis affectos haec praeſtitiſſe, cum & Apoſtolorum Petri, & Pauli; Chriſtique ipſius pictas imagines ad noſtram uſque memoriam ſervatas in tabulis viderimus. *Utinam ille has nobis*

(a) Oſſerv. ſopra i Cemet. p. 197.

(b) Oſſervaz. ſopra i Cemet. pag. 202., e 212.

(c) In Geneſ. cap. 22.

(d) Lib. 7. Hiſt. Eccl. cap. 18. pag. 301.

nobis deſcripſiſſet imagines, omnis huiuſce rei ſupervacanea inquiſitio nunc eſſet! Effigiem divini noſtri Redemptoris, atque etiam formas Apoſtolorum Petri, & Pauli aevo ſuo depingi ſolitas D. Auguſtinus (a) *affirmat, idemque, ubi agit de haereticis Carpocratianis* (b), *haec narrat*: Sectae ipſius fuiſſe traditur quaedam Marcellina, quae colebat imagines Ieſu, & Pauli, & Homeri, & Pythagorae adorando, incenſumque ponendo: *Saeculo* VIII. *ineunte Leo Iſaurus ſceleſtiſſimus Iconomachus S. Petri imaginem, quae Romae in Vaticano celebris erat, ſe confracturum minitatus eſt Gregorio II. Romano Pontifici, ut conſtat ex ipſius Gregorii litteris a Frontone Ducaeo latine factis, apud Baronium* (c): Novit caritas Chriſti: quando templum ſancti Principis Apoſtolorum Petri ingredimur, & ſancti pictam imaginem contemplamur, compunctione percellimur, & inſtar imbris, pluente caelo, lacrimae noſtrae funduntur . . . . At enim nos perterrefacis, aiſque; Romam mittam, & imaginem S. Petri confringam; ſed & Gregorium illinc Pontificem vinctum adduci curabo . . . . Atque utinam Dei munere nobis contingat, ut per Martini viam incedamus,

ta-

(a) De Conſenſ. Evangeliſt. lib. 1. n. 16. Opp. Tom. 4. pag. 10. Venetiis 1760., ubi diſſerens de iis, qui fingebant Chriſtum ſcripſiſſe libros de Magicis, eoſque ad Petrum, & Paulum tamquam epiſtolari titulo praenotaſſe, haec habet: *Cum enim vellent tale aliquid fingere Chriſtum ſcripſiſſe ad diſcipulos ſuos, cogitaverunt ad quos potiſſimum ſcribere potuiſſe facile crederetur, tamquam ad illos, qui ei familiarius adhaeſiſſent, quibus illud quaſi ſecretum digne committeretur: & occurrit eis Petrus, & Paulus, credo quod pluribus locis ſimul eos cum illo pictos viderent; quia merita Petri, & Pauli etiam propter eumdem paſſionis diem celebrius ſolemniter Roma commendat. Sic omnino errare meruerunt, qui Chriſtum, & Apoſtolos eius non in ſanctis codicibus, ſed in pictis parietibus quaeſierunt: nec mirum ſi a pingentibus fingentes decepti ſunt. Toto enim tempore, quo Chriſtus in carne mortali cum ſuis diſcipulis vixit, nondum erat Paulus diſcipulus eius &c.*

(b) De Haereſ. cap. 7.

(c) Ann. 726. pag. 349., 352., & 353. Lucae 1742.

tametſi ob plebis utilitatem vivere volumus, & ſupervivere; quandoquidem Occidens univerſus ad humilitatem noſtram convertit oculos; ac licet tales non ſimus nos, illi tamen magnopere in nobis confidunt, & in eum, cuius denuntias te imaginem everſurum, atque deleturum, ſancti ſcilicet Petri, quem omnia Occidentis regna velut Deum terreſtrem habent. *Nec deſunt exempla poſteriorum temporum, quae receptum communemque uſum oſtendant pingendi figuras SS. Petri, & Pauli ex primis archetypis deſumptas, atque ex illis praeſertim, quae Romae adſervabantur, ut e formis, ac lineamentis perpetuo ſimilibus coniectari licet, quae in vitris coemeterialibus, ſarcophagis, muſivis, aliiſque vetuſtis monumentis animadverti poſſunt. Hinc Petrus Antiochenus* (*a*) *Michaëli Cerulario ſcribens affirmat exſtare in urbe Conſtantinopolitana ſacras imagines Roma devectas, quae valde archetypis ſimiles eſſent*: Quis porro [*aiebat*] illud admitti dignum putabit? a Romanis, ſive Latinis ſanctas venerandaſque imagines non coli, nec honorari ſanctorum reliquias: praeſertim cum apud eos conditae ſint reliquiae ſanctorum, ſummorumque Petri, & Pauli; quibus magis efferre ſe conſpiciuntur, ac magnifice gloriari, quam cunctis aliis Romanis narrationibus, & praeclare geſtis, quorum plenae ſunt omnes hiſtoriae, omnia poëmata. Praeterea cum Hadrianus Romanus Papa ſeptimae Synodo praefuerit (*b*) una cum aliis ſanctiſſimis Patriarchis, & alienam, novamque doctrinam haereticorum Iconomachorum Chriſtianos accuſantium anathematizaverit, qua ratione non honorari per Latinos ſacras, colendaſque imagines concedet quis? Maximeque multis ſanctis imaginibus e Roma Conſtantinopolim translatis;

(*a*) Apud Ioh. Bapt. Cotelerium Eccl. Graec. monum. To.2. pag.159. Pariſiis 1681.

(*b*) Id eſt per Legatos ſuos Petrum Archipresbyterum Eccleſiae Romanae, & Petrum Abbatem S. Sabae.

tis, quae egregie ac exacte reſpondent ſanctitati primitivae eorum, quorum imagines ſunt. Quandoquidem & hic videmus Francos peregrinos, in noſtra omnino veneranda templa intrare, omnemque honorem, ac reverentiam ſacris imaginibus impertiri.

Ex antiquis hiſce imaginibus compilatorem Graecorum Menaeorum (a), aut aliquem ex his, qui Menaeis ipſis canones, & troparia addiderunt (b), ea deſumpſiſſe arbitramur, quae de Apoſtolis

(a) Menaea ſunt XII. volumina, in quibus iuxta ordinem menſium, a Septembri incipiendo, a quo annum ſuum Graeci inchoant, reperitur non ſolum ordo, quo apud Graecos ſingulis diebus recitandum eſt divinum Officium, ſed ipſummet etiam Officium, nempe troparia in primis, & ſecundis veſperis, miſſa, & canones in matutino, aliiſque divinis Officiis recitandis, inter quos ſynaxaria, rerum nempe geſtarum ab illis ſanctis, quorum dies feſtus agitur, ſuccincta narratio.

(b) Leo Allatius de libris Eccl. Graec. diſs. I. edita a Iohanne Alberto Fabricio in Bibliotheca Graeca in calce libri 5. pag. 60., veteres, & recentiores memorat, qui canones, & troparia in Menaeis inſeruerunt. Sunt vero Anthimius, Timocles, Methodius Patarenſis, Coſmas, Iohannes Damaſcenus, Georgius Nicomedienſis, Romanus, Germanus Patriarcha, Anatolius Patriarcha CPolitanus, Theophanes, Andreas Cretenſis, Ioſephus Studita, Theodorus Studita, Stephanus Sabaita, Theodorus Siceota, Clemens, Byzas, ſive Byzantius, Cyprianus monachus, Simeon magiſter, & Logotheta, Leo Imperator, Conſtantinus Porphyrogenneta, Arſenius monachus, Photius Patriarcha CPolitanus, Marcus monachus, Caſſia, ſive Caſſiana, ſive Icaſia, Iohannes Euchaita cognomento Mauropus, Nicephorus Calliſtus, Nilus Xanthopulus, Nicolaus, Philippus, Baſilius monachus, Leo magiſter, Sergius Hagiopolita, Stephanus Hagiopolita, Andreas Pyrus, Ephrem Cariae, Simeon Thaumaſtorita, Philotheus Patriarcha Hieroſolymarius, Iuſtinus Decadio, Iohannes Archiepiſcopus, Demetrius, Ignatius, Methodius Patriarcha, Chriſtophorus Protoaſecrita, Photius monachus, Mauroleo, Procopius Chartophylax, Iohannes Zonara, Euthymius monachus, Hierotheus monachus, Emmanuel Palaeologus, Theophilus Imperator, Michaël Pſellus, Theodoſius Laſcaris Imperator, David, Metrophanes, Emmanuel Phile, Athanaſius, Niceras Heracleenſis, Paulus Amonius, Gabriel, Nicetas Sethatus, Iohannes Stauracius,

ſtolis Petro, & Paulo, eorumque ſtatura; ac facie in iiſdem adnotata ſunt. En quae peculiariter de D. Petro Apoſtolorum Principe habent Menaea Maii, Iunii, Iulii, & Auguſti codicis Vaticanae bibliothecae num. DCCLXXXVII. *ſaeculo* X., *aut initio ſaeculi* XI. *Graece exarati, in quo, teſte Allatio in Indice Mſſ. Graecorum eiuſdem bibliothecae, cum exſtent troparia, & canones, qui deſiderantur in editis Menaeis, id manifeſte comprobat eius vetuſtatem.* Ἦν δὲ τὴν ἰδέαν ὁ τῦ Κυρίυ Ἀπόστολος Πέτρος λευκὸς, ὕπωχρος ἀναφάλας, οὖλος τὰς περιληφθείσας τρίχας. ὑποφαίνων σὺν ὀφθαλμὺς αἱματώδεις, καὶ οἰνωπὺς, τὴν κάραν, καὶ τὸ γένειον πολιός· τὴν ῥῖνα ἔχων μακρὰν, ἀνεσπακὼς τὰς ὀφρῦς, τὴν ἡλικίαν μέτριος· ἐπὶ τὸ ὀρθότερον ἠγμένος τὸ σχῆμα τῦ σώματος, συνετὸς· ζήλῳ θείῳ ὀξέως κατὰ τῆς ἀδικίας κινύμενος· τοῖς μετανοῦσι συγγνώμων καὶ εὐμετάβυλος, καὶ ταχὺς τὰς προτέρας ψήφυς παρακινῶν ἀπτοήτως. Erat aſpectu, *aiunt in menſe Iunio,* Petrus Apoſtolus Domini albus, quadamtenus palleſcens, recalvaſter, criſpis capillis, oculis ſanguineis, & nigricantibus, canus caput, & barbam, naſo oblongo, contractis ſuperciliis, ſtatura mediocri, quae potius ad proceritatem vergebat, ſolers, zelo divino illico contra iniuſtitiam ſeſe accendens, poenitentibus mitis, ac indulgens, itaut ob illos a prima ſententia celeriter dimoveretur alacer (a). *Cum Graecorum*

cius, Theodorus Coetonita, Leo Peganius, Georgius Scyliza, Dorotheus monacus, & alii.

(a) Rem optime inluſtrat inſignis Chryſoſtomi locus, Homil. in SS. Petrum, & Heliam num. 1. Tom. 2. Opp. pag. 731., & ſeq. *Petro*, inquit, *committendae erant claves caelorum, eique concredenda erat multitudo populi . . . Erat vero Petrus aliquanto aſperior. Quod ſi impeccabilis fuiſſet, quam veniam habituri fuiſſent hi, qui ab illo docendi erant? Propterea hoc diſpoſuit divina gratia, ut in peccatum quoddam incideret: quo ex iis, quae ipſe paſſus fuerat, humanior in aliis redderetur. Ac conſidera quem in peccatum labi permittat, Petrum illum Apoſtolorum coryphaeum, fundamentum immobile, petram, quae frangi nequit, Eccleſiae principem, portum inexpugnabilem, turrim inconcuſſam . . . Sed quemadmodum iam dixi, hoc pacto illi concredendus erat populus multus, ut ne, ſeverus cum eſſet, ſi expers*

corum Menaeis fere in omnibus concordat monachus Nicephorus Calliſtus in hiſtoria Eccleſiaſtica, quam Andronico Palaeologo Imperatori nuncupavit (*a*) : Petrus quidem [*eius ſunt verba*] non craſſa corporis ſtatura fuit, ſed quae aliquanto eſſet erectior, facie ſubpallida, & alba admodum; capilli, & capitis, & barbae criſpi, & denſi, ſed non admodum prominentes fuere; oculi quaſi ſanguine reſperſi, & nigri: ſupercilia prope evulſa; naſus autem longior ille quidem, non tamen in acumen deſinens, ſed preſſus ſimuſque magis. *Petrum cano capite poëta Claudianus hoc diſticho in Iacobum equitum magiſtrum indigitat* (*b*) :

Per cineres Pauli, per cani limina Petri
Ne laceres verſus, dux Iacobe, meos.

Num autem calvitiem haberet, ut Menaea referunt, ſuo aevo quaeri ſolitum D. Hieronymus teſtatur ad ea Pauli verba : Veni Hieroſolymam videre Petrum. *Ibi enim ſic ait* (*c*) : Non ut

R ocu-

expers peccati fuiſſet, a concedenda fratribus ſuis venia alienus foret. Lapſus eſt in peccatum, ut & peccatum illud, & datam ſibi a Domino veniam cogitans, aliis etiam veniam benigne concederet, ſecundum diſpenſationem Deo congruentem. Ipſe enim in peccatum labi permiſſus eſt, cui Eccleſia committenda erat: columna Eccleſiarum, portus fidei, Petrus doctor orbis peccare permiſſus eſt, ut haec permiſſio humanitatis argumentum aliis proponeretur. Hinc inter ceteros honorum titulos, quibus a SS. Patribus Petri poteſtas, auctoritas, dignitas merito extollitur, ille apud S. Ephraemum Syrum in Encom. in Petrum, alioſque Apoſtol. Tom.3. Opp. p.464. propoſito argumento luculenter reſpondet, quo Petrum *peccatorum portam* appellat : *Salve, o Petre*, (en preces ſanctiſſimi viri, cuius opera, quae pene omnia aſcetica ſunt, tanto olim in honore habita fuerunt, ut poſt Scripturam ſacram publice in quibuſdam Eccleſiis legerentur) *peccatorum porta, poenitentium confidentia, converſorum adhortatio, revocatio abnegantium, lapſorumque conſolatio. Salve, o Petre, diſcipulorum lingua, praedicantium vox, Apoſtolorum oculus, caelorum cuſtos, clavigerorum primogenitus*.

(*a*) Lib.2. cap. 37. pag. 195. Pariſiis 1630.

(*b*) Tom.6. Collect. vet. Poët. pag. 387.

(*c*) In cap.1. epiſt. ad Galatas.

oculos, genas, vultumque eius aſpiceret . . . . & utrum frontem veſtiret coma , an [ut Clemens in periodis eius refert] calvitiem haberet in capite. *Apud Bedam* (*a*) *altera Petri delineatio occurrit*, *ubi Apoſtolos puero Saxoni per viſionem oſtenſos his verbis deſcribit* : Quae cum omnia , vocato ſibi Presbytero, puer verba narraſſet ; interrogavit eum ſolicitus, quales eſſent habitu, vel forma Viri , qui ſibi apparuiſſent. Reſpondit , praeclari omnino habitus , & vultus erant, laetiſſimi, & pulcherrimi, quales numquam antea viderain, neque aliquo hominum, tanti decoris, ac venuſtatis eſſe poſſe, credebam. Unus quidem attonſus erat, ut Clericus, alius barbam habebat prolixam, dicebantque, quod unus eorum Petrus, alius vocaretur Paulus. *S. Petrus Damianus* (*b*) *aliam & ipſe Apoſtoli Petri apparitionem ſic refert* : Quod mihi a ſenioribus intimatum eſt refero. In Babyloniae partibus poſſeſſionem Apoſtolica Sedes habebat, unde tantum balſami reditum per annos ſingulos capiebat (*c*), quod inde-

(*a*) Lib.4. cap.14.

(*b*) In epiſt. ad Cadolaum dictum Epiſcopum apud Baron. an. 1061. n.17.

(*c*) Num Damianus intellexerit Babylonem Chaldaeorum urbem celeberrimam, quae ad Euphratem iacebat, quaeque iamdiu vicinitate Seleuciae a Seleuco Nicatore conditae exhauſta fuit, num alteram Aegyptiam, quam, teſte Ioſepho cap.5. lib.21. antiq. Iudaic., Perſae cum Cambyſes Aegypto potitus, condidere, ubi iam urbs fuerat nomine Lithus, quamque non longe ab urbe magno Cayro nuncupata, ſitam fuiſſe ferunt, incompertum eſt. Illud tamen certum, quod olim Eccleſia Romana in Oriente, & in Aegypto poſſeſſiones habuit, ex quibus balſamum quoque ei obveniebat. Id teſtatur Liber Pontificalis in vita S. Silveſtri Tom. 1. pag.93., & ſeq., his verbis: *In reditus domus beati Petri obtulit Conſtantinus per Dioeceſes Orientis haec. In civitate Antiochiae domum Datiani praeſtantem ſolid.* DCCCXL., *& tremiſſem. Domum cultam* (praedium ruſticum, ubi agro um coloni habitare ſolent) *Nicaeae praeſtantem ſolid.* DXX. *Cellas in Aphrodiſia* (Cariae urbe) *praeſtantes ſolid.* DXX. *Balneum in Ceratheas* (forte *Cerameas*, ſeu *Ceramias* a Ceramo Cariae pariter oppido) *praeſtans ſolid.* XLIII. *Piſtrinum*, *ubi ſupra*,

indeficienti fomite ſufficeret Lampadi, quae videlicet ante Altare B. Apoſtolorum Principis rutilabat appenſa: quam poſſeſſionem, accepta pecunia, Papa diſtraxit, canonemque aromatis, quem percipere ſolebat, amiſit. Aliquanto poſt, cum idem Papa praedicto ſacroſancto Altari, quaſi devotus aſſiſteret, & oraret, ecce quidam terribilis, & grandaevus ſenex, in cuius etiam facie barbiraſium videbatur, elato brachio colaphum ipſi vehementer incuſſit, & ait: Tu extin-

pra, praeſtans ſolid. xxiii. *Popinam, ubi ſupra, praeſtantem ſolid.* x. *Hortum Maronis praeſtantem ſolid.* xi. *Hortum alium, ubi ſupra, praeſtantem ſolid.* x. *Sub civitate Antiochiae poſſeſſionem Sibyllae donatam Auguſto, praeſtantem ſolid.* cccxxiii. *Chartadecadas* (chartarum ſcapos, ſeu tomos, quos vulgo *riſmas* dicimus; quorum ſinguli ex quaternionibus decem conſtabant) cl. *Aromatum lib.* cc. *Olei nardi lib.* cc. *Balſami lib.* xxxv. *Sub civitate Alexandria poſſeſſionem Thimialicam donatam Auguſto Conſtantino ab Ambroſio, praeſtantem ſolid.* dcxx. *Chartadecas* ccc. *Olei nardini lib.* ccc. *Balſami lib.* ix. *Aromatum lib.* cl. *Storacis Iſauricae* (nempe ex Iſauria) *lib.* l. *Poſſeſſionem Eutymii caduci, praeſtantem ſolid.* d. *Chartadecadas* lxx. *Per Aegyptum ſub civitate Armenia* (notus *Armene* Paphlagoniae vicus, quae vero civitas *Armenia* in Aegypto, non item) *poſſeſſionem Agapi, quam donavit Conſtantino Auguſto, praeſtantem ſolid.* dccc. *Poſſeſſionem Paſſinopolim* (forte *Panopolim* legendum, Nonni poëtae patriam, in Thebaide ſitam, de qua Plinius lib. 5. cap. 9.) *praeſtantem ſolid.* dc. *Chartadecadas* cccc. *Piperis medimnos* l. *Croci lib.* c. *Storacis lib* cl. *Aromatum caſſiae lib.* cc. *Caryophyllorum lib.* cl. *Balſami lib.* c. *Olei cyprii* (Plinius lib. 12. cap. 24. *Cyprus*, ait, *in Aegypto eſt arbor ziziphi foliis, ſemine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hic in oleo, premiturque, quod poſtea* Cyprinum *vocatur*) *lib.* c. *Olei nardini lib.* ccc. *Lini ſaccos* c. *Papyri racanas mundas mille. Poſſeſſionem, quam donavit Hybromion Conſtantino Aug. praeſtantem ſolid.* ccccl. *Chartadecadas* cc. *Aromatum caſſiae lib.* l. *Olei nardini lib.* cc. *Balſami lib.* l. *In provincia Euphratenſi* (una ex praefecturis Syriae, ad Euphratem poſita. Theodoritus lib. 2. cap. 25., ubi de Germanicia, quae a civitate Cyro, ſeu Cyrrho non longe diſtat: *Germanicia urbs eſt, in confinio Ciliciae, & Syriae, & Cappadociae poſita, & ad provinciam* Euphratenſem *vocatam, terminat*) *ſub civitate Cyro poſſeſſionem Armanazon, praeſtantem ſolid.* ccclxxx. *Poſſeſſionem Obariae praeſtantem ſolid.* ccl x.

extinxiſti lucernam meam ante me, & ego extinguam lucernam tuam ante Deum; moxque diſparuit. Ille vero protinus corruit, & paullo poſt diem clauſit extremum (*a*).

Quis

(*a*) Frequentes olim fuere apparitiones, ſeu viſiones, quae in D. Petri baſilica fidelibus offerebantur. Exſtat in Cryptis Vaticanis mutila inſcriptio, anno 1618. effoſſa in fundamentis turris horariae baſilicae Vaticanae, quae de his viſionibus mentionem facit. Habet autem hoc modo apud cl. Dionyſium Sacrar. Vatic. baſil. monum. pag. 93.

SIONIBVS EXTERRERE CEPIT
TEDIV IN PRIMA VERO VISIONE VIDI
TENENTE IN MANV VIRGA ET ERANT
O TRES EX VNA PARTE ET TRES EX ALIA PARTE
RE ANTE EV STATI VENER TRES CANES QVI
CI PETRI ET ASCENDER SVPER ARMOS MEOS ET LIN
COLLV MEV EX VNA PARTE ET ALTERA EX ALTE
E ET TCIV INTER DVOS ARMOS ET EGO CADEBA IN TER
VE SIGNAVIT ME ET SCS PETRVS DEDIT MIHI PANE
IMI ET AIT MIHI VADE. FVIT AVT SCDA VISIO
N PORTICV ANTE PORTA SCE MARIE VIDI
MERABILE PVERO LVDENTE INT
AD PINNA QVE EST IN
MI TE

Hanc epigraphen ad nonum, vel decimum ſaeculum refert Muratorius Inſcript. To. 4. p. 1967. n. 2.; verum quantum coniici poteſt, eſt potius ſeptimi ſaeculi, circiter id tempus, quo *mira ſuperna* videri conſueviſſe teſtatur epigramma, quod Sergius I. incidi fecit in novo, & ſumptuoſo monumento, in quo recondidit corpus S. Leonis Magni, *quod* (ut habet Liber Pontificalis Tom. 1. pag. 311.) *in abditis inferioribus ſecretarii praedictae baſilicae poſitum fuerat*. Verba epigrammatis apud Gruterum pag. 1170. n. 4. haec ſunt:

Exornans rutilam precioſo marmore tumbam,
In quo poſcentes mira ſuperna vident.

Vox *mira* ad miracula, aut curationes referri poteſt; ſed *vident* cum epitheto *ſuperna* ad viſa, ſive revelationes manifeſtum eſt pertinere.

Digitized by Google

Quis fuerit hic Pontifex adeo ſevere increpitus ſilentio praeterit Damianus ; ſed Petri barbiraſium *cum indicat in eo prorſus a vetuſtis monumentis diſcedit , niſi forte velit cum Beda , Petrum Clericorum more attonſum , vel aliquatenus raſum Pontifici ſe praebuiſſe ſpectandum . Haec ferme ſunt , e quibus facies , & corporis forma Apoſtolorum Principis intelligi poſſit .*

Quae

tinere . Dabatur fidelibus ad Sanctorum tumbas pernoctare . Interim obdormiſcentibus viſa ſuperna offerebantur . Apud Bollandiſtas in vita S. Agnetis cap.3. ad diem 21. Ian., in actis Anaſtaſii martyris cap. 4 , & 5. ad diem 22. Ian. , & alibi plura habentur huiuſmodi viſionum exempla . Nos aliud dabimus ad D. Petri baſilicam ſpectans , de quo breviter diximus in Praefatione . Hiſtoriam refert Gregorius Turonenſis lib.2. Hiſt Eccl. Franc. n.7. apud Martin. Bouquet in Tom.2. *Recueil des Hiſtoriens de Gaules , & de la France* pag.162. Pariſiis 1739. ubi : *His diebus* , inquit , *Romam ſonus adiit , Aetium in maximo diſcrimine inter phalangas hoſtium laborare . Quo audito uxor eius anxia, atque maeſta , aſſidue baſilicam ſanctorum Apoſtolorum adibat , atque ut virum ſuum de hac via reciperet ſoſpitem* (*al.* de hac exſpectatione ſuſciperet) *precabatur . Quae cum die , noctuque haec ageret , quadam nocte homo pauperculus , crapulatus a vino , in angulo baſilicae beati Petri Apoſtoli obdormivit . Clauſis autem ex more oſtiis a cuſtodibus , non eſt eiectus* (*al.* non eſt nanctus) : *de nocte vero conſurgens , relucentibus per tota aedis ſpatia lychnis , pavore perterritus quaerit aditum foris , ut evaderet* (*al.* aditum per quem foris evaderet , quaerit) . *Verum ubi primi , atque alterius oſtii clauſtra pulſat , & obſerata cuncta cognoſcit , ſolo decubuit , trepidus praeſtolans locum , ut convenientibus* (*al.* ut cum venientibus) *ad matutinos hymnos populis , hic liber abſcederet . Interea vidit duas perſonas ſe invicem venerabiliter ſalutantes , ſollicitoſque de ſuis eſſe proſperitatibus . Tunc qui erat ſenior , ita exorſus eſt* : Uxoris Aetii lacrimas diutius ſuſtinere non patior . Petit enim aſſidue , ut virum ſuum de Galliis reducam incolumem , cum aliud exinde fuiſſet apud Divinum iudicium praefinitum : ſed tamen obtinui immenſam pietatem pro vita illius . Et ecce nunc illuc propero , viventem eum exinde reducturus . Verumtamen obteſtor, ut qui haec audierit ſileat , arcanumque Dei vulgare non audeat , ne pereat velociter a terra . *Ille autem haec audiens , ſilere non potuit : ſed mox inluceſcente caelo , omnia quae audierat , matrifamiliae pandit : expletiſque ſermonibus , lumine caruit oculorum .*

Quae Menaea allati codicis Vaticani ſubdunt de D. Paulo ea quoque auctor hauſiſſe e tunc exſtantibus monumentis putandus eſt : Ἦν δὲ τὴν ἰδέαν ὁ μακάριος Παῦλος ὁ Ἀπόστολος φαλακρὸς τὴν κεφαλὴν καὶ ψιλός. Χαροπὰς ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς, κάτω νεύων τὰς ὀφρῦς. λευκὸς τὴν ὄψιν, προσφερὴς, εὖ μάλα τὸ γένειον κεκαθηκώς. εὐκαμπῆ καὶ εὐπρέπουσαν ὅλῳ τῷ προσώπῳ τὴν ῥῖνα προφέρων. ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ πώγωνος μέλασι καὶ λευκαῖς θριξὶν ἐγκοσμούμενος, ἀγκυλαῖος, εὔρωστος, ὅλον τὸ τοῦ σώματος μέγεθος μικρὸς καὶ συνεσταλμένος, φρόνιμος, χαρίτων πλήρης, σεμνοῖς ἤθεσι, καὶ λόγοις ἐπαγωγοῖς, καὶ θείων θαυμάτων δυνάμει τοὺς προσιόντας χειρούμενος. Ἀμφότεροι δὲ οἱ κορυφαῖοι Πνεύματος ἁγίου καὶ θείας χάριτος ἔμπλεοι. Τελεῖται ἡ αὐτῶν σύναξις ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις τοῖς μεγάλοις. Erat aſpectu [*inquiunt*] beatus Paulus Apoſtolus calvus capite, & ſtatura parvus, hilares habens oculos, ſupercilium infra demiſſum, albus viſu, prolixa, ac veneranda barba, longo naſo, ac toto vultui apte reſpondente, caput, ac mentum nigris, albiſque capillis ornatus, ſagax, robuſtus, totius corporis forma parum contractus, providus, plenus gratiis, praeclaris vero moribus, & ſermonibus efficacibus, ac divinorum miraculorum virtute ad ſe accedentes devinciens. Utrique vero Coryphaei Spiritu Sancto, nec non divina gratia pleni. Agitur vero eorum Synaxis in Sanctorum Apoſtolorum magnorum templo. *Sequitur in editis Menaeis immediate* : Καὶ ἐν τῷ Ὀρφανοτροφείῳ, καὶ ἐν τῷ σεπτῷ Ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου τῷ συγκειμένῳ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τόπον ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις. Et in Orphanotrophio, ac in venerando S. Petri Apoſtoli ſacello in ſanctiſſima magna Eccleſia [*S. Sophiae*] conſtituto; ac in omnibus cuiuſque loci ſanctis Dei eccleſiis. *His valde conſentanea ſunt, quae in Nicephori hiſtoria leguntur (a)* : Paulus corpore erat parvo, & contracto, & quaſi incurvo, atque paullulum inflexo, facie

(*a*) Lib. 2. cap. 37. pag. 196.

Digitized by Google

facie candida, annoſque plures praeſeferente, & capite calvo: oculis multa inerat gratia, ſupercilia deorſum verſus vergebant, naſus pulchre inflexus, idemque longior, barba denſior, & ſatis promiſſa, eaque non minus, quam capitis coma, canis etiam reſperſa erat. *Lucianus, ſeu quis alius fuit Dialogi, cui nomen* Philopatris (*a*) *auctor, dum Triephontem loquentem inducit, Gentium Doctorem ſub Galilaei nomine, qui ad tertium uſque caelum penetravit, impie exagitat, atque irridet, eius figuram, atque oris lineamenta oſtendit* ἀναφαλαντίαν *vocans, atque* ἐπίῤῥινον, *ideſt* recalvaſtrum, *&* naſo gibboſo, *ſive* adunco *conſpicuum* (*b*). *Auctor Orationis Encomiaſticae in Principes Apoſtolorum, eorumdemque martyrium, perperam attributae S. Ioh. Chryſoſtomo* (*c*), *ait D. Paulum* τρίπηχυν, *ſeu* tricubitalem *fuiſſe, & nihilominus caelum attigiſſe. Ad hoc ipſum Apoſtolus reſpexiſſe videtur, cum narrat quae nonnulli de ſe ipſo in vul-*

gus

(*a*) Opp. Tom. 3. pag. 597. Amſtelodami 1743. Iohan. Matthias Geſnerus in diſſ. de aetate, & auctore *Philopatridis* ſtatuit hunc dialogum ſub Iuliano Apoſtata ſcriptum fuiſſe Conſtantinopoli, eiuſque auctorem opinatur Lucianum quemdam illius aevi Sophiſtam, ad quem Iuliani ipſius hodie num exſtat epiſtola. Vid. cit. Tom. pag. 708., & ſeqq. Haud parvi quidem ponderis argumenta ſunt, quae vir eruditiſſimus affert, ut ſuam hanc probet ſententiam; ſed plura huic Dialogo inſunt, quae nos adhuc haerere cogant, & illud praeſertim, quod Iuliani tempore adeo palam agebant Chriſtiani, tantaque vi omnibus fere in locis praepollebat noſtra Religio, ut nimis inepte hic de re, quaſi occulta, & nondum in vulgus effuſa ſermo haberi videatur.

(*b*) Ἡνίκα δέ μοι Γαλιλαῖος ἐνέτυχεν, ἀναφαλαντίας, ἐπίῤῥινος, ἐς τρίτον οὐρανὸν ἀεροβατήσας, καὶ τὰ κάλλιστα ἐκμεμαθηκὼς, δι' ὕδατος ἡμᾶς ἀνεκαίνισεν, ἐς τὰ τῶν μακάρων ἴχνια παρεισώδευσε, καὶ ἐκ τῶν ἀσεβῶν χώρων ἡμᾶς ἐλυτρώσατο. Tiberius Hemſterhuſius, & Ioh. M. Geſnerus ita vertunt: *Sed poſtquam in Galilaeum incidi, recalvaſtrum, naſonem, qui per aëra incedens, in tertium uſque caelum penetraverat, reſque omnium pulcherrimas ibi didicerat; is per aquam nos renovavit, impiorumque ereptos regionibus in beatarum animarum veſtigiis collocavit.*

(*c*) Vid. Tom. 8. Opp. pag. 8. Pariſiis 1728.

gus ſpargebant (*a*): Epiſtolae , inquiunt , graves ſunt , & fortes : praeſentia autem corporis infirma , & ſermo contemptibilis . *Hinc intelligitur , quomodo ipſe potuerit per feneſtram in ſporta dimitti per murum Damaſci ne interficeretur* (*b*) . *Tandem Gulielmus Durandus* (*c*) , *&* *S. Antoninus Florentiae Archiepiſcopus* (*d*) *narrant S. Cornelium Papam , ſeu S. Silveſtrum , ut habet Durandus , Apoſtolorum oſſa in unum confuſa reperiſſe , & cum ea ſecernere nequiret , voce caeleſti fuiſſe admonitum* : Maiora eſſe Praedicatoris , minora Piſcatoris . *Quae fides huic narrationi ſit habenda eorum iudicium eſto , qui has critice legerunt hiſtorias ; his namque penitus monumenta omnia adverſantur , quae huc uſque attulimus . Et haec non modo quoad martyrium , eiuſque qualitatem , tempus , ac locum , ſed etiam quoad figuram Apoſtolorum , & corporis ſtaturam adnotaſſe ſufficiat .*

(*a*) Epiſt. 2. ad Cor. cap.10. v.10.

(*b*) *Damaſci praepoſitus Gentis Aretae Regis , cuſtodiebat civitatem Damaſcenorum , ut me comprehenderet : & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum , & ſic effugi manus eius* . 2. ad Cor. cap.11. v.32. , & 33. Vid. Act. Apoſtol. cap.9. v.24. , & 25.

(*c*) Rational. Divin. Offic. lib.7. cap.15. n.1. pag.292.

(*d*) Hiſt. Part.1. tit.6. cap.5. n.4. edit. 1527.

MONU-

MONUMENTA VATICANAE CONFESSIONIS

MONUMENTA

SAECULI II.

Caius, ſive Gaius vir diſertiſſimus, & eccleſiaſticus, qui floruit temporibus Victoris I., & Zephyrini Romanorum Pontificum (*a*), *de Petri, & Pauli ſepulcris Romae poſitis, teſte Euſebio hiſtor. Eccleſ. lib.2. c.25. pag.76., ſplendidum teſtimonium dixit. Habet autem Euſebius:* Caius quidam vir eccleſiaſticus, qui Zephyrini Romanae urbis Epiſcopi temporibus floruit, in eo libro, quem ſcripſit adverſus Proclum (*b*) patronum ſectae Ca-

S taphry-

(*a*) Photius in Biblioth. cod 48. pag.38. Rothomagi 1635. hunc Caium Romanae Eccleſiae Presbyterum ſub Victore, & Zephyrino, immo & Gentium Epiſcopum ordinatum memorat; ex iis ſcilicet, qui ad Ethnicos in locis, in quibus alii Epiſcopi non aderant, ad fidem Chriſti convertendos mittebantur.

(*b*) S. Hieronymus de Script. Eccleſ. cap.73. refert Caium, Zephyrino Papa, id eſt, ſub Antonino, Severi filio Romae diſputaſſe cum *Proculo* (ita Latini dicere ſolent quem Graeci *Proclum*) Montani ſectatore, habito, ſeu ſcripto dialogo, in quo tredecim dumtaxat Pauli epiſtolas enumerat, non recepta in cenſum ea, quae eſt ad Hebraeos. Idem Photius affirmat in Biblioth. cod.48., adEditque Caium alium librum conſcripſiſſe contra Artemonis haereſim. Dubitatum olim fuit apud Latinos num epiſtola ad Hebraeos D. Paulo eſſet accenſenda, licet Graeci illam tamquam canonicam ſemper admiſerint. *Quod ſi* (aiebat Hieronymus ep.129. ad Dardanum) *eam Latinorum conſuetudo non recipit inter Scripturas canonicas, nec Graecorum quidem Eccleſiae Apocalypſim Iohannis eadem libertate ſuſcipiunt.* Verum ſaeculo IV., aut V. etiam ab omnibus Latinis tamquam Pauli opus inter canonicas Scripturas merito fuit adnumerata. Vid. Baron. an.60. n.50.

taphrygarum (*a*), de loco, in quo praedictorum Apoſtolorum ſacra corpora (*b*) depoſita ſunt, ita loquitur:

Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν Ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι· ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν Ἐκκλησίαν.

Ego autem, ***inquit***, Apoſtolorum tropaea poſſum oſtendere. Nam ſive in Vaticanum, ſive ad Oſtienſem viam pergere velis, invenies tropaea eorum, qui Eccleſiam hanc fundaverunt.

(*a*) Cathaphrygae Montani ſectatores, ita dicti, quod haereſis illius auctores ex Phrygia orti eſſent, in duas partes tributi erant. Alterius primas tenebat Aeſchynes, alterius Proculus, ut habet Tertullianus in lib. de Praeſcription. cap. 52. pag. 130. *Acceſſerunt alii haeretici, qui dicuntur ſecundum Phrygas: ſed horum non una doctrina eſt. Sunt enim qui kata Proclum dicuntur, ſunt qui ſecundum Aeſchinem pronuntiantur. Hi habent aliam communem blaſphemiam, aliam blaſphemiam non communem, ſed peculiarem & ſuam, & communem quidem illam, qua in Apoſtolis quidem dicant Spiritum Sanctum fuiſſe, paracletum non fuiſſe: & qua dicant paracletum plura in Montano dixiſſe, quam Chriſtum in Evangelio protuliſſe; nec tantum plura, ſed etiam meliora, atque maiora. Privatam autem blaſphemiam illi qui ſunt kata Aeſchinem, hanc habent, qua adiiciunt etiam hoc, ut dicant Chriſtum ipſum eſſe filium, & patrem.*

(*b*) Graecus textus habet σκηνώματα, quam dictionem Henricus Valeſius in verſione Euſebii Latine interpretatur *corpora*: quo ſenſu vocabulum σκήνωμα accipitur in ep. 2. Petri c. 1. v. 13., & 14., ubi idem Apoſtolorum Princeps inquit: *Iuſtum autem arbitror quandiu ſum in hoc tabernaculo* (σκηνώματι), *ſuſcitare vos in commonitione: certus quod velox eſt depoſitio tabernaculi* (σκηνώματος) *mei, ſecundum quod & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſignificavit mihi.*

MONUMENTA
SAECULI III.

Eusebius Pamphili, Epiſcopus Caeſarienſis, natus in Palaeſtina circa an. 268. *ſub extrema Gallieni Imperatoris tempora, impii Neronis perſecutionem deſcribens, in qua Petrus, & Paulus Romae martyrium pro religione ſubierunt, haec de eorum ſepulcris refert lib.*2. *c.*25. *hiſt. Eccleſ. p.*75. *Auguſtae Taurinorum* 1746.

Cuius rei etiam Tertullianus meminit his verbis (*a*): *Conſulite*, inquit, *Commentarios veſtros. Illic reperietis primum Neronem in hanc ſectam tum maximae Romae orientem Caeſariano gladio ferociſſe. Sed tali dedicatore damnationis noſtrae etiam gloriamur. Qui enim ſcit illum, intelligere poteſt, non niſi grande aliquod bonum a Nerone damnatum.* Sic igitur omnium divini numinis hoſtium princeps, & anteſignanus Nero, in ipſos etiam Apoſtolos ſaeviit. Ac Paulus quidem Romae capite truncatus. Petrus vero cruci affixus fuiſſe, eodem regnante traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri, Paulique nomine inſignita monumenta, quae in urbis Romae coemeteriis (*b*) etiamnum viſuntur.

(*a*) In Apologet. adv. Gentes cap.5. pag.13. Venetiis 1701.

(*b*) Loca in quibus corpora quieſcunt vocantur *coemeteria*, ſeu *domitoria*, unde & *requietoria*, *requietionis loca*, & *ſedes requietionis* nuncupata frequenter inveniuntur. *Vide* (inquit Chryſoſtomus Orat. in coemet. appell.) *quomodo ubique mors nominetur ſomnus: qua de cauſſa locus coemeterii* (*quaſi dicas dormitorii*) *nomen invenit*. Celebre eſt in Chriſtianis monumentis illud *in pace Domini dormit*, vel *requieſcit in pace*. De coemeteriis Vaticano, & Oſtienſi agit Boldettus pag.537., & 541. Ad Oſtienſe pertinet vetus inſcriptio apud Margarinium pag. 16. num. 220., cuius initium eſt huiuſmodi: IN NOMINE DEI PATRIS OMNIPOTENTIS ET DOMINI NOSTRI IESV X. FI*lii eius &* $\overline{SP}$ SANCTI PARACLETI EVSEBIVS IN FA.... *reno*VAVIT CYMITERIV. TOTV. COLVMNAS IN PORTICOS. PICTVR*as* *q*VAS IN RVINIS ERAT TOTAS. ET *tec*TV *&c.*

MONUMENTA
SAECULI IV.

Palladius, Epiſcopus Helenopolitanus, vixit imperante Theodoſio. In hiſt. Lauſiaca cap. 113. *interp. Gentiano Herveto Bibliothec. Vet. PP. Tom.* 2. *Graeco-Lat. pag.* 1027., *& ſeq. Pariſiis* 1624.

Religioſiſſimum presbyterum, Deique amantiſſimum Philoromum in Galatia convenimus, & cum eo longo tempore verſati ſumus, qui fuit vir exercitatiſſimus. Is ortus quidem eſt ex matre ſerva, patre vero libero. Tantam autem virtutum nobilitatem oſtendit in vitae Chriſtianae inſtitutione, ut etiam ipſi qui ſunt in genere inſuperabiles, eius vitam angelis aequalem revererentur, & efficacem virtutem exercitationis. Is mundo renuntiavit in diebus Iuliani exſecrandi Imperatoris, & libere cum hoc impio eſt locutus generoſus Chriſti athleta Philoromus: quem iuſſit radi, & a pueris validiſſime verberari. Is vero rem fortiter, & toleranter tulit, & ei egit gratias, ut ipſe nobis narravit . . . . Huius viri inſignis magnam curam gerebat beatus Baſilius Epiſcopus (*a*), qui delectabatur eius auſte-

(*a*) Is eſt S. Baſilius Caeſareae in Cappadocia Epiſcopus, de quo S. Iohan. Damaſcenus de Imagin. Or. 1. haec ad rem narrat: *Quod autem imaginum inſtitutio non nova, ſed priſca ſit, & apud ſanctos, & eximios Patres nota, & uſitata, diſce ex his, quae in vita S. Baſilii ab Helladio eius diſcipulo, in Pontificatuque ſucceſſore conſcripta ſunt. Pius enim vir (ut ipſe narrat) Dominae noſtrae adſtabat imagini, in qua Mercurii etiam celebris martyris figura deſcripta erat, adſtabat autem ſupplicans, ut impius Iulianus Apoſtata tolleretur: ex qua quidem imagine didicit quid eſſet eventurum: Vidit enim martyrem ad exiguum tempus obſcurum, non multo autem poſt haſtam cruentam tenentem.* Chronicon vero Alexandrinum refert Baſilio noctu caelos patuiſſe, ibique Chriſtum vidiſſe iubentem Mercurio, qui in Deciana perſecutione paſſus fuerat, ut Iulianum Chriſtianorum hoſtem interficeret.

auſteritate, conſtantia, & in opere diligentia: qui adhuc in hodiernum diem a calamo & charta non receſſit, cum ſit natus annum octogeſimum . . . . Is pedeſtri itinere venit Romam uſque, ad orandum in martyrio ſanctorum Petri, & Pauli.

S. Athanaſius, Patriarcha Alexandrinus, obiit ann. 373. *Hic in hiſt. Arianorum ad Monachos num.* 37. *Tom.* 1. *Opp. part.* 1. *pag.* 365. *Pariſiis* 1698., *poſtquam narravit a Conſtantio Imp. Romam miſſum fuiſſe cum muneribus Euſebium Spadonem, ut Liberium ſummum Pontificem ſeduceret, nihilque ea in re impietatis miniſtrum profeciſſe, ita ſubdit*:

At Eunuchus indignatus non tam, quod ſubſcribere (*condemnationi Athanaſii*) renueret (*Liberius*), quam quod illum haereſi adverſarium comperiſſet; oblituſque ſe coram Epiſcopo ſtare, acriter interminatus cum donis abit, nefariamque rem aggreditur, quae a Chriſtianis quidem abhorreat, maioriſque ſit audaciae, quam quae ſpadonem deceat. Saulis quippe praevaricationem imitatus, profectuſque ad Martyrium Petri Apoſtoli ibi dona illa appoſuit. Re comperta, Liberius adverſus loci Cuſtodem graviter ſuccenſuit, quod non prohibuiſſet hominem; ipſaque dona ut illicitum ſacrificium abiecit.

S. Optatus, Milevitanus in Numidia Epiſcopus, claruit circa an. 368. *In lib.*2. *de Schiſmate Donatiſtarum contra Parmenianum num.*2. *pag.*31. *edit. Du-Pin. Antuerpiae* 1702.

Igitur negare non potes, ſcire te in urbe Roma Petro primo Cathedram Epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus; unde & Cephas appellatus eſt; in qua una cathedra unitas ab omnibus ſervaretur, ne ceteri Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderent: ut iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram alteram collocaret. Ergo in cathedra unica, quae eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus: cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evariſtus

riſtus &c. Liberio Damaſus, Damaſo Siricius (*a*) hodie qui noſter eſt ſocius: cum quo nobis totus orbis commercio formatarum (*b*), in una communionis ſocietate concordat. Veſtrae cathedrae vos originem reddite, qui vobis vultis ſanctam Eccleſiam vindicare. Sed & habere vos in urbe Roma partem aliquam dicitis; ramus eſt veſtri erroris, protentus de mendacio, non de radice veritatis. Denique ſi Macrobio dicatur, ubi illic ſedeat: numquid poteſt dicere, in Cathedra Petri? quam neſcio ſi vel oculis novit; & ad cuius memoriam (*c*) non accedit quaſi ſchiſmaticus contra Apoſtolum faciens, qui ait: *memoriis ſanctorum communicantes*. Ecce praeſentes ſunt ibi duorum memoriae Apoſtolorum. Dicite ſi ad has ingredi potuit: aut obtulit illic, ubi Sanctorum memorias eſſe conſtat. Ergo reſtat, ut fateatur ſocius veſter Macrobius, ſe ibi ſedere, ubi aliquando ſedit Encolpius &c.

S. Hieronymus, *natus Stridone circa an.*329. *In lib. de Viris Illuſtribus*, *vel proprie de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap.* 1. *pag.* 101. *edit. Maurin. Pariſiis* 1706.

Si-

(*a*) Duae illae voculae *Damaſo Siricius* additae fuerunt a Libratio, qui Siricii tempore Optati opus exſcripſit. Nam conſtat Optatum ſcripſiſſe hos libros circa an.370., Siricium vero illum non fuiſſe creatum Romanum Antiſtitem ante an.383. Tum conſtat Optatum exaraſſe hos libros imperante Valentiniano, ut Hieronymus teſtis eſt. Atqui deinde imperante Theodoſio adhuc vixiſſe Damaſum etiam conſtat, & ipſa lex Theodoſiana de Summa Trinitate, & fide Catholica id teſtatur.

(*b*) *Formatae* erant litterae, per quas unitas fidei, ac mutuus inter caput, & membra amor foveri, ac ſignificari conſueverat, ideoque etiam *canonicae*, *communicatoriae*, *eccleſiaſticae*, & *pacificae* vocabantur.

(*c*) Patres Sardicenſis Concilii can.4. ap.Labb. tom.2. pag.681., de iudiciis eccleſiaſticis, & appellationibus decreturi, aiunt: *S. Petri Apoſtoli memoriam honoremus*, quae verba num ad praerogativam Romanae Eccleſiae tantum, num ſimul ad ſepulcrum Principis Apoſtolorum, ex quo eadem Eccleſia, ut antiquitus non ſemel uſitatum novimus, ſuum repetebat primatum, ſint referenda, alii iudicent. Ceterum acceſſus ad memorias Apoſtolorum erat argumentum Catholicae communionis.

Simon Petrus, filius Iohannis, provinciae Galileae, & vico Bethſaida, frater Andreae Apoſtoli, & Princeps Apoſtolorum, poſt Epiſcopatum Antiochenſis Eccleſiae, & praedicationem diſperſionis eorum, qui de circumciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecundo Claudii anno, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit; ibique viginti quinque annis cathedram ſacerdotalem tenuit, uſque ad ultimum annum Neronis, ideſt decimum quartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus elevatis; aſſerens ſe indignum, quod ſic crucifigeretur ut Dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas, quae catholicae nominantur; quarum ſecunda a pleriſque eius eſſe negatur, propter ſtili cum priore diſſonantiam (a). Sed & Evangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem, e quibus unus Actorum eius inſcribitur, alius Evangelii, tertius Praedicationis, quartus Apocalypſeos, quintus Iudicii, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romae,

(a) Duae exſtant Principis Apoſtolorum epiſtolae, prima qua Chriſtianos docet in religione conſtantiam, in afflictionibus patientiam, in matrimonio caſtitatem, & honeſtatem, in perpetuo vitae curſu vigilantiam, caritatem, ſobrietatem, orandi ſtudium, D. Petri opus ſemper habita eſt, & tamquam canonica ab omnibus Eccleſiis recepta. De ſecunda, qua fideles hortatur, ut etiam ſe mortuo firmiter teneant doctrinam ab Apoſtolis acceptam, caveantque ſibi ab errorum magiſtris, quorum mores, & ſtudia deſcribit, olim dubitatum fuit, an revera eius eſſet, ut praeter Hieronymum, tradunt Origenes, Euſebius, Didymus. Verum numeroſiſſimus veterum chorus, ut eſt ap. Baronium an. 68. n. 4., alioſque eam Petro merito tribuit. Nam praeterquam quod Petri nomen praeſefert, & ſcripta eſt ab uno ex tribus Apoſtolis, qui Transfigurationi Chriſti Ieſu in monte praeſentes adfuerunt, epiſtolae auctor Paulum fratrem ſuum appellat, ac profitetur, hanc ſecundam eſſe epiſtolam, quam ad eoſdem ex circumciſione Chriſtianos ſub vitae finem ſcribit, ad quos miſerat primam, quae omnia Petro egregie conveniunt.

Digitized by Google

mae, in Vaticano, iuxta viam Triumphalem, totius urbis (*a*) veneratione celebratur.

In lib. 12. *Comment. in Ezech. cap.*40. *Tom.*3.*Opp. pag.*979.

Dum eſſem Romae puer, & liberalibus ſtudiis erudirer, ſolebam cum ceteris eiuſdem aetatis, & propoſiti diebus Dominicis ſepulcra Apoſtolorum, & Martyrum circumire, crebroque cryptas ingredi, quae in terrarum profunda defoſſae, ex utraque parte ingredientium per parietes habent corpora ſepultorum; & ita obſcura ſunt omnia, ut propemodum illud propheticum compleatur: *Deſcendant ad infernum viventes*: & raro deſuper lumen admiſſum, horrorem temperet tenebrarum, ut non tam feneſtram, quam foramen demiſſi luminis putes; rurſumque pedetentim acceditur, & caeca nocte circumdatis illud Virgilianum proponitur:

Horror ubique animos, ſimul ipſa ſilentia terrent.

Aurelius Prudentius, *natus Caeſarauguſtae circa an.*348. *In hymno* XII.*libri* ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ, *de Paſſione BB. Apoſt. Petri, & Pauli, p.*294. *Pariſiis* 1687. *Priorem partem huius hymni dedimus ad ſaec.*I.

Dividit oſſa duum Tibris, ſacer ex utraque ripa,
  Inter ſacrata dum fluit ſepulcra.
Dextra Petrum regio tectis tenet aureis receptum,
  Canens oliva, & murmurans fluento.
Namque ſupercilio ſaxi liquor ortus, excitavit
  Frondem (*b*) perennem chriſmatis feracem.
Nunc pretioſa ruit per marmora, lubricatque clivum,
  Donec virenti fluctuet colymbo (*c*).

Inte-

(*a*) Codex S. Germ., & Mſs. S. Martini Sagienſis, & S. Cygiranni habent *totius orbis*: ceteri cum editis legunt *totius urbis*.

(*b*) Editio Piſaurenſis Tom. 5. Collect. Vet. Poët. pag. 220. habet *fontem*.

(*c*) *Colymbo*, forſan canali, ſeu aquaeductu. Quaedam olivae condititiae, quae propter ſuam levitatem ſalſilagini innatant, vocabantur colymbades urinatrices, de quibus Plinius lib 23. cap. 3. *Colymbades ſordida ulcera purgant, inutiles difficultatibus urinae &c.*

Interior tumuli pars eſt ubi, lapſibus ſonoris
  Stagnum nivali volvitur profundo.
Omnicolor vitreas pictura ſuperne tingit undas,
  Muſci relucent (*a*), & vireſcit aurum.
Cyaneuſque latex (*b*) umbram trahit imminentis oſtri,
  Credas moveri fluctibus lacunar.
Paſtor oves alit (*c*) ipſe illic gelidi rigore fontis
  Videt ſitire quas fluenta Chriſti.
Parte alia titulum Pauli via ſervat Oſtienſis,
  Qua ſtringit amnis ceſpitem ſiniſtrum.
Regia pompa loci eſt: princeps bonus has ſacravit arces,
  Luſitque magnis ambitum talentis.
Bracteolas trabibus ſublevit, ut omnis aurulenta
  Lux eſſet intus, ceu iubar ſub ortu.
Subdidit & Parias fulvis laquearibus columnas,
  Diſtinguit illic quas quaternus ordo.
Tum camuros hyalo inſigni varie cucurrit arcus (*d*),
  Sic prata vernis floribus renident.
Ecce duas fidei ſummo patre conferente dotes,
  Urbi colendas quas dedit togatae.
Aſpice per bifidas plebs Romula funditur plateas,
  Lux in duobus fervet una feſtis.
Nos ad utrumque tamen greſſu properemus incitato,
  Et his & illis perfruamur hymnis.
Ibimus ulterius, qua fert via pontis Hadriani,
  Laevam deinde fluminis petemus.

 Tranſti-

(*a*) ***Muſci relucent***. Muſcus dicitur viridis illa lanugo, quae in arboribus, ac ſaxis haeret.

(*b*) *Cyaneus latex*; caerulea aqua, quod cyani gemmae, ſeu lazuli lapidis colorem referat.

(*c*) Editio Piſaurenſis loc. cit. *adit*.

(*d*) Senſus eſt, quod ***Princeps bonus***, forſan Conſtantinus, qui utriuſque baſilicae ***ambitum magnis luſit***, illuſit, ſeu pinxit ***talentis***, ... ita etiam ***arcus camuros***, ideſt curvos, aut curvatos, ***varie cucurrit***, percurrit, diſtinxit, aut pinxit ***hyalo***, ſeu viridi colore ***inſigni***.

Tranſtiberina prius ſolvit ſacra pervigil ſacerdos,
Mox huc recurrit, duplicatque vota (*a*).

Haec

(*a*) Dies feſtus Apoſtolorum Petri, & Pauli olim in Romana Eccleſia inter dies, quos Polyliturgicos vocare libet, in quibus ab uno Sacerdote plures Miſſae dicebantur, adnumerabatur: Id Prudentius apertiſſime hiſce verſibus declarat:

Transtiberina prius ſolvit ſacra pervigil Sacerdos,
Mox huc recurrit, duplicatque vota.

Huic priſco mori pulchre reſpondet Sacramentarium Gelaſianum, in quo duae ſunt peculiares huius diei Miſſae, praeter eam, quae in nocte celebrabatur, prima, quae inſcribitur, *In Natal. S. Petri proprie* (cuius oratio *Deus, qui B. Petro Apoſtolo tuo collatis clavibus &c.*) altera *In Natal. S. Pauli proprie*: Exſtat quoque ſub eodem die Miſſa inſcripta *In Natal. Apoſtolorum Petri, & Pauli* (cuius, utpote utrique communis, oratio eſt, *Deus, qui hunc diem beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli*) aliis urbis eccleſiis uſui futura. Multiplex ſacrificium vetuſtis temporibus in natalitiis Sanctorum uno eodemque die offerri conſueverat vel cum duorum, ſeu plurium feſtivitas agebatur, vel propter reliquias in diverſis eccleſiis conditas, vel quia eiuſdem Sancti memoria in pluribus locis colebatur, utpote in baſilica ipſi dedicata, & in loco, ubi cineres quieſcebant. Conſuetudo Romanorum duas Miſſas ſeparatim celebrandi die xxix. Iunii in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli, alteram nempe in baſilica Vaticana S. Petri, alteram in baſilica Oſtienſi S. Pauli uſque ad Gregorii Magni tempora viguit: attamen in aliis feſtis ſtetit ad aliquot ſaecula. In Sacramentario ipſius Gregorii ſub die xxviii. Iunii, in qua duae Miſſae habentur, una de S. Leone, altera de vigilia Apoſtolorum, ante ſecundam Miſſam habetur haec nota: *Quando Apoſtolicus duas Miſſas celebrat una die, inter eas non lavat os, niſi poſt officium; ſed abſque intervallo finita priore, incipitur alia; nimirum ut ieiunus celebret*. Ceterum Calendarium Frontonis plura exempla multiplicationis Miſſarum ſuppeditat ad ſaeculum viii., & Walafridus Strabo ix. ſaeculi Scriptor haec ad rem luculenter advertit cap. 21. de rebus Eccleſ. pag. 190. Tom. 15. Biblioth. PP. Lugduni 1677. *Romanorum uſus habet duas, vel tres interdum unius ſolemnitatis facere Miſſas: ut in Nativitate Domini Salvatoris, & aliquorum feſtis Sanctorum. Siquidem Teleſphorus nonus in ordine Romanae ſedis Epiſcopus in Natali Domini noctu tres Miſſas celebrari conſtituit. Et revera non eſſe abſurdum crediderim, ſi dum plures in una die faciendae ſunt Miſſae, unus Sacerdos duas vel tres neceſſitate, vel voluntate*

Haec didiciſſe ſat eſt Romae tibi : tum domum reverſus
Diem bis feſtum ſic colas ; memento .

In lib. 1. *contra Symmachum Praefectum Urbis , eo loco , quo Plebem Romanam in Chriſtum credidiſſe probat etiam ex cultu tumuli Vaticani pag.* 586.

Poſt hinc ad populum converte oculos : quota pars eſt ,
Quae Iovis infectam ſanie non deſpuat aram ?
Omnis qui celſa ſcandit coenacula vulgus ,
Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram ,
Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis ,
Aut Vaticano tumulum ſub monte frequentat ,
Quo cinis ille latet genitoris amabilis obſes ,
Coetibus aut magnis Lateranas currit ad aedes ,
Unde ſacrum referat regali chriſmate ſignum .
Et dubitamus adhuc , Romam tibi , Chriſte , dicatam
In leges tranſiſſe tuas ? omnique volentem
Cum populo & ſummis cum civibus , ardua magni
Iam ſuper aſtra poli terrenum extendere regnum ?

S. Iohannes Chryſoſtomus , Archiepiſcopus CPolitanus , natus Antiochiae circa an. 354. *In Demonſtratione adverſus Iudaeos , & Gentiles , quod Chriſtus ſit Deus . Tom.*1. *Opp. pag.*570. *Pariſiis* 1718.

Qui vi ducebantur et circumagebantur , contemti , vincti , innumeris malis affecti ; poſt mortem ipſis Regibus honorabi-

luntate perſuadente , celebret potius quam quaſdam dimittat . Ad hoc accedit , quod totius uſus Eccleſiae habet ſaepius Miſſas agere pro vivis , pro defunctis , pro eleemoſynis , & aliis diverſis cauſſis , quod etiam officia his attributa teſtantur . In diebus itaque publica celebritate conſpicuis , aut illae diverſarum rerum neceſſitates ſunt intermittendae , aut concurrentibus ſibimet , publica obſervatione , & privata neceſſitate , utriuſque expletio ſuis eſt diſcernenda officiis , vel (quod ſuperius commemoravimus) una oblatione diverſae cauſſae ſunt explendae , fidelium relatione virorum in noſtram uſque pervenit notitiam , Leonem Papam (ſicut ipſe fatebatur) una die VII. , vel IX. Miſſarum ſolemnia ſaepius celebraſſe . Bonifacium vero Archiepiſcopum , & martyrem , ſemel tantum per diem Miſſas feciſſe .

norabiliores ſunt. Id quomodo fiat perpende: in regia urbe Roma, miſſis aliis omnibus, ad ſepulcra piſcatoris & tentoriorum opificis accurrunt Imperatores, Conſules, exercituum Duces: Conſtantinopoli vero, non prope Apoſtolos, ſed foris ad ipſa limina, optaverunt ii, qui diademate rediminiuntur, corpora ſua ſepeliri: atque ita Imperatores Piſcatorum oſtiarii facti ſunt: ſic in obitu hoc non dedecori, ſed honori ſibi eſſe putant non ſolum ipſi, ſed etiam eorum nepotes.

In Hom.32. in epiſt. ad Romanos Tom.9. Opp. pag.757., & ſeqq. Pariſiis 1731.

Propterea ego Romam diligo, quamquam aliunde illam laudare poſsim, a magnitudine, ab antiquitate, a pulchritudine, a populi frequentia, a potentia, a divitiis, a rebus in bello fortiter geſtis. Sed miſsis illis omnibus, ideo illam beatam praedico, quia Paulus & dum viveret illis ſcripſit, atque ipſos ita dilexit, ac praeſens ipſos alloquutus eſt, vitamque ibidem clauſit. Ideoque hinc clarior eſt civitas, quam ex aliis omnibus: ac quemadmodum corpus magnum, & robuſtum duos illa urbs habet oculos ſplendentes, horum videlicet ſanctorum corpora. Non ita ſplendet caelum, cum radios ſol emittit, ut Romanorum urbs duas illas lucernas habens per totum orbem lucem emittens. Hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Cogitate & exhorreſcite, quod ſpectaculum viſura ſit Roma, Paulum videlicet repente ex illa theca cum Petro reſurgentem, & ſublatum in occurſum Domini. Qualem roſam Chriſto mittit Roma, quibus coronis urbs illa circumdatur, quibus aureis catenis cingitur, quos habet fontes. Propterea urbem admiror, non propter auri copiam, vel propter columnas aliumque faſtum; ſed propter has eccleſiae columnas..... Hoc corpus urbem illam quaſi moeniis cingit; quod omni turre & vallis innumeris tutius eſt: & cum hoc etiam Petri corpus: nam illum viventem honoravit. *Aſcendi*, inquit, *videre Petrum*. Ideoque hinc demigrantem illum contubernalem facere gratia dignata eſt.

In

In Hom.26. in epiſt.2. ad Cor. n.5. Tom.10. Opp. pag.625. Pariſiis 1732.

Quid autem Chriſtum commemoro ? cum ipſe diſcipulis quoque ſuis, ut poſt mortem clari eſſent, conceſſerit? Ubi enim, quaeſo, Alexandri tumulus eſt? Oſtende mihi; & dic quo die mortuus ſit. At Chriſti ſervorum tam ſplendida ſepulcra ſunt, ut quae urbem praeſtantiſſimam ac regiam occuparint, & dies noti atque clari, qui feſti a toto orbe celebrarentur. Atque illius quidem tumulum ſui quoque ignorant: huius autem, barbari quoque exploratum habent. Ac ſepulcra eorum, qui Crucifixo ſervierunt, regias aulas ſplendore vincunt, non magnitudine aut pulchritudine aedificiorum; nam hac parte illa ſuperant; ſed, quod multo maius eſt, coeuntium ſtudio. Nam & ille qui purpuram geſtàt, ad ſepulcra illa ſe confert, ut ea exoſculetur: abiectoque faſtu ſupplex ſtat, ſanctoſque obſecrat, ut ipſi apud Deum ſibi praeſidio ſint: atque ut & tentoriorum opificem, & piſcatorem; & quidem fato functos patronos habeat, precibus is contendit, qui diademate cinctus eſt. Ergo ne, dic quaeſo, horum dominum mortuum dicere audebis, cuius ſervi etiam defuncti, eorum, qui univerſo orbi imperant, patroni ſunt? Atque id non Romae ſolum fieri quiſpiam viderit, ſed etiam Conſtantinopoli. Nam &c.

S. Paulinus, Nolanus Epiſcopus, natus circa an. 354. In epiſtola, quam an.397. dedit Pammachio viro Proconſulari agens de eleemoſynis, quibus ipſe refovebat Paulinam S. Paulae filiam eius uxorem defunctam, ita Vaticanam baſilicam deſcribit, epiſt.13. pag.73. Veronae 1736.

Quam laetum Deo & ſanctis Angelis eius de hac tua, ut dici ſolet, pera ſpectaculum ſacer editor exhibebàs! quanto ipſum Apoſtolum (Petrum) attollebas gaudio, cum totam eius Baſilicam denſis inopum coetibus ſtipaviſſes, vel qua ſub alto ſui culminis mediis ampla laquearibus longum patet, & Apo-

ſtolico eminus ſolio coruſcans (*a*), ingredientem lumina ſtringit, & corda laetificat; vel qua ſub eadem mole tectorum geminis utrimque porticibus latera diffundit; quave praetento nitens atrio, fuſa veſtibulo eſt; ubi cantharum miniſtra manibus & oribus noſtris fluenta ructantem, faſtigatus ſolido aere tholus ornat & inumbrat, non ſine myſtica ſpecie quatuor columnis ſalientes aquas ambiens. Decet enim ingreſſum Eccleſiae talis ornatus, ut quod intus myſterio ſalutari geritur, ſpectabili pro foribus opere ſignetur.

*De S. Felice Natal. Carm.*XI. *pag.* 468.

Nam Conſtantinus proprii cum conderet Urbem
Nominis, & primus Romano in nomine Regum
Chriſticolam gereret, divinum mente recepit
Conſilium, ut quoniam Romanae moenibus Urbis
Aemula magnificis ſtrueret tunc moenia coeptis,
His quoque Romuleam ſequeretur dotibus Urbem,
Ut ſua Apoſtolicis muniret moenia laetus
Corporibus; tunc Andream devexit Achivis,
Timotheumque Aſia. Geminis ita turribus exſtat
Conſtantinopolis magnae caput aemula Romae,
Verius hoc ſimilis Romanis culmine muris,

Quod

(*a*) Hic per *ſolium*, non intelligit Paulinus ſedem, ſeu cathedram Apoſtolicam, ſed locum, quo Petri corpus conditum eſt. Idem de S. Felice Natal. Carm.IX. pag. 635:

Qui ſua fulgentis ſolii pro limine felix.

Et in fragmento Poëmatis, de eiuſdem Felicis virtute in tumulo, & de frequenti populi concurſu pag. 666:

Et magni ſolium breve Confeſſoris adorat

Iugiter e variis congeſta frequentia terris.

Et in Carmine, quod ex ſuburbana S. Felicis eccleſia exſcripſit Sirmondus ad Sidonii lib.4. ep.18.

Sic & dilecti ſolium Felicis honorans.

Quod *ſublime ſolum* eſt D. Ambroſio apud Gruterum pag. 1167. num. 1:

Et ſublime ſolum martyris exuvlis.

Qui locus & *Confeſſio* dictus, ut fuſe explicavimus in Praefatione.

Quod Petrum, Paulumque pari Deus ambitione
Compenſavit ei, meruit quia ſumere Pauli
Diſcipulum cum fratre Petri. Iam quanta per iſtam
Sanctorum per longa viam divortia terrae
Creverit utilitas ad noſtrae munia vitae
Ipſa docent hodieque loca, in quibus illa beati
Rheda capax oneris poſita ſtatione reſedit.

S. Siricius Rom. Pont., *obiit an.* 398. *In epiſtola primum Romanae Synodi Epiſcopis ſcripta, ac poſtmodum per diverſas provincias, nominatimque ad Afros miſſa ad reſtaurandam Eccleſiaſticam diſciplinam apud Petrum Conſtantium pag.* 561. *Romanorum Pontif. Epiſt. Pariſiis* 1721.

Dilectiſſimis Fratribus, & Coëpiſcopis per Africam, Siricius.

Cum in unum plurimi Fratres conveniſſemus ad ſancti Apoſtoli Petri reliquias, per quem & Apoſtolatus & Epiſcopatus in Chriſto coepit exordium, placuitque propter emergentes plurimas cauſſas, quae in aliquantis non erant cauſſae, ſed crimina, de cetero ſollicitudo eſſet unicuique in Eccleſia curam huiuſmodi habere, ſicut Apoſtolus praedicat Paulus, talem Deo Eccleſiam exhibendam, non habentem maculam aut rugam, ne per alicuius morbidae ovis afflatum conſcientia noſtra contaminata videretur. Qua de re &c. Data Romae in concilio Epiſcoporum LXXX. ſub die VIII. Idus Ianuarias poſt Conſulatum Arcadii Auguſti & Bautonis V. C. Conſ. (an. 386.)

Anonymus in vita S. Viventii presbyteri, *qui floruit circa an.* 400., *apud Bolland. ad diem* 13. *Ian. Tom.*1. *pag.*807. *Anturpiae* 1643., *offert eumdem Sanctum cum XL. ſociis deferentem B. Cleopatroniae munera ad S. Petri ſepulcrum*. *En verba*:

Revertente Leucothea [*aurora*] plane ſequentis diei, diſpoſito calle profecti, venientes Signoriſſa [*forte* Sinueſſa], manſerunt ibi aliquantis diebus. Quo etiam locatis ad opus Cleopatroniae hoſpitiis pergentes habebant ſemper ductorem Angelum Domini, & quocumque manſiſſent, ſic ſemper

per praedictae virgini manendi praeparabant hoſpitia. Cumque Romam perveniſſent, prolatis candelabris cum ardentibus cereis, ceteriſque xeniis praetaxatae virginis, poſuere cuncta ad Beati ſepulcrum Petri. & finitis Dei ſecretorum miniſteriis ad templum Beati venerunt Pauli, indeque loca circumeuntes Sanctorum ſuarum gratia orationum, ad Apoſtolorum Principis reverſi ſunt domum.

MONU-

Digitized by Google

MONUMENTA

SAECULI V.

S. *AUguſtinus, Hipponenſis Epiſcopus, ad Deum abiit an.* 430. *In Epiſt.* 232. *ad Madaurenſes n.* 3. *Tom.* 2. *Opp.pag.* 843. *Venetiis* 1729.

Videtis certe ſimulacrorum templa partim ſine reparatione collapſa, partim diruta, partim clauſa, partim in uſus alios commutata: ipſaque ſimulacra vel confringi, vel incendi, vel includi, vel deſtrui: atque ipſas huius ſaeculi poteſtates, quae aliquando pro ſimulacris populum Chriſtianum perſequebantur, victas & domitas, non a repugnantibus, ſed a morientibus Chriſtianis, & contra eadem ſimulacra pro quibus Chriſtianos occidebant, impetus ſuos legeſque vertiſſe, & imperii nobiliſſimi eminentiſſimum culmen ad ſepulcrum piſcatoris Petri ſubmiſſo diademate, ſupplicare.

In Enarratione in Pſ. 44. *n.* 23. *Tom.* 4. *Opp. pag.* 393. *Venetiis* 1730.

Intelligite etiam filias regum, civitates, quae crediderunt in Chriſtum, & a regibus conditae ſunt: & *a domibus eburneis*, divitibus, ſuperbis, elatis. *Filiae regum delectaverunt te in honore tuo*: quia non quaeſierunt honorem patrum ſuorum, ſed quaeſierunt honorem tuum. Oſtendatur mihi Romae in honore tanto templum Romuli, in quanto ibi oſtendo memoriam Petri. In Petro quis onoratur, niſi ille defunctus pro nobis? Sumus enim Chriſtiani, non Petriani. Etſi nati per fratrem defuncti. Per illum nati, ſed illi nati. Ecce Roma, ecce Carthago, ecce aliae & aliae civitates filiae regum ſunt; & delectaverunt regem ſuum in honorem ipſius; & ex omnibus fit una quaedam regina.

Digitized by Google

In Enarrat. in Pſ. 140. *n.* 21. *Tom.* 4. *Opp. pag.* 1575. *Venetiis* 1730.

Neſcitis quia contemtibilia mundi elegit Deus, & ea quae non ſunt tamquam quae ſunt, ut ea quae ſunt evacuentur? De ſtercore erectus Petrus, & Paulus; & cum occiderentur, contemnebantur: modo iam ſaginata inde terra, exſurgente ſegete Eccleſiae, ecce quod eſt nobile & praecipuum in mundo, & Imperator venit Romam, quo feſtinat? ad templum Imperatoris, an ad memoriam Piſcatoris? *Sicut* enim *craſſitudo terrae diſrupta eſt ſuper terram, diſſipata ſunt juxta infernum oſſa noſtra.*

In Sermone 296. *in Natali Apoſtolorum Petri & Pauli cap.* 5. *& ſeq. Tom.* 5. *Opp. part.* 2. *pag.* 1199. *Venetiis* 1731.

Iacet Petri corpus Romae, dicunt homines; iacet Pauli corpus Romae, Laurentii corpus Romae, aliorum ſanctorum Martyrum corpora iacent Romae; & miſera eſt Roma, & vaſtatur Roma, affligitur, conteritur, incenditur (*a*). Tot ſtrages mortis fiunt, per famem, per peſtem, per gladium; ubi ſunt memoriae Apoſtolorum? Quid dicis? Ecce hoc dixi, tanta mala Roma patitur, ubi ſunt memoriae Apoſtolorum? Ibi ſunt, ſed in te non ſunt: utinam in te eſſent, quiſquis ita loqueris, quiſquis ita deſipis, quiſquis vocatus in ſpiritu carnaliter ſapis .... Quae modo ſemel arſit, inter ſacrificia Chriſtianorum, iam bis arſerat inter ſacrificia Paganorum. Semel a Gallis ſic incenſa eſt, ut ſolus collis Capitolinus remaneret. Poſtea a Nerone, neſcio utrum dicam ſaeviente an fluente, ſecundo igne Roma flagravit. Iuſſit Nero imperator ipſius Romae, ſervus idolorum, interfector Apoſtolorum, iuſſit, & incenſa eſt Roma. Quare putatis? qua cauſſa? Homo elatus, ſuperbus, & fluidus, delectatus eſt Romano incendio. Videre, inquit, volo, quomodo Troia arſerit. Arſit ergo ſic ſemel, bis, tertio. Modo te quid delectat contra Deum ſtridere, pro ea quae conſuevit ardere? Soze-

(*a*) Habitus eſt ſermo verſus finem forte anni 410. poſt captam urbem ab Alarico Rege Gothorum.

Sozamenus, *patria Palaeſtinus*, *an.* 440. *obtulit Hiſtoriam ſuam Theodoſio Iuniori Imp. In Lib.* 9. *Hiſt.Eccleſ. cap.*9. *pag.*351. *Auguſtae Taurinorum* 1747. *de urbe Roma ab Alarico Rege Gothorum capta & depraedata an.* 410. *haec narrat*.

Non multo poſt Alaricus, cum Alpes occupaſſet, locus eſt ſexaginta circiter ſtadiis diſtans Ravenna, cum Imperatore ſermones habuit de pace. Sarus vero quidam natione Barbarus, rei militaris peritiſſimus, qui trecentos plus minus milites circa ſe habebat, ſed fidos imprimis ac bellicoſos, cum ob priorem ſimultatem ſuſpectus eſſet Alarico, foedus inter Romanos & Gothos haudquaquam e re ſua fore conſideravit. Itaque cum ſuis repente irruens, quoſdam ex Barbaris interfecit. Quam ob cauſam ira ſimul ac metu percitus Alaricus, eadem qua venerat via revertitur. Et Romam iterum obſeſſam proditione cepit: ſuiſque copiis permiſit, ut ſinguli quantum poſſent, Romanorum opes diriperent, & univerſas domos depraedarentur. Ob reverentiam tamen erga Petrum Apoſtolum, Baſilicam, quæ circa illius tumulum magna eſt & ſpatioſiſſima, inviolatam eſſe juſſit. Atque haec res impedimento fuit ne urbs Roma funditus interiret. Nam, qui illic ſervati erant, quorum ingens fuit multitudo, urbem denuo inſtaurarunt.

*Memoratu dignum eſt quod Paulus Oroſius lib.*7.*cap.*39. *Romanae Hiſtoriae litteris conſignavit de eodem Rege Alarico,qui an.*410. *urbem ingreſſus ut eam depraedaretur, pepercit SS.Apoſtolorum baſilicis, & earum rebus pag.*573. *Lugduni Batavorum* 1738.

Adeſt Alaricus, trepidam Romam obſidet, turbat, irrumpit: Dato tamen praecepto prius, ut ſi qui in ſancta loca, praecipueque in ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas confugiſſent, hos in primis inviolatos, ſecuroſque eſſe ſinerent (*a*): Tum deinde in quantum poſſent praedae inhiantes,

V 2 a ſan-

(*a*) Roma barbarorum irruptione an. 410. ſub Alarico everſa S. Auguſtino ſcribendi præclariſſimo *de Civitate Dei* libros cauſſam præbuit, ut a Paganorum contumeliis Chriſti fidem tueretur. Inquit autem S. Doctor lib. 1. cap. 1. *An non etiam illi Romani Chri-*

a ſanguine temperarent . . . Diſcurrentibus itaque per Urbem Barbaris, forte unus Gothorum, idemque potens & Chriſtianus, ſacram Deo virginem iam aetate provectam, in quadam eccleſiaſtica domo reperit: cumque ab ea aurum argentumque honeſte expoſceret, illa fideli conſtantia eſſe apud ſe plurimum, & mox proferendum ſpopondit, ac protulit. Dumque expoſitis opibus, adtonitum Barbarum magnitudine & pondere ac pulchritudine, ignota etiam vaſorum qualitate intelligeret; Virgo Chriſti ad Barbarum ait: Haec Petri Apoſtoli ſacra miniſteria ſunt. Praeſume ſi audes, de facto tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo. Barbarus vero ad reverentiam religionis, timore Dei & fide virginis motus, ad Alaricum per nuntium haec retulit: qui continuo reportari ad Apoſtoli Baſilicam univerſa, ut erant, vaſa impetravit; Virginem etiam, ſimulque omnes, qui ſe adiungerent Chriſtianos, eodem cum defenſione deduci. Ea domus a ſanctis ſedibus longe, ut ferunt, & medio interiecto Urbis aberat. Itaque magno ſpectaculo omnium diſpoſita per ſingulos ſingula, & ſuper capita elata palam aurea

Chriſti nomini infenſi ſunt, quibus propter Chriſtum barbari pepercerunt? Teſtantur hoc martyrum loca, & baſilicae Apoſtolorum, quae in ipſa vaſtatione urbis ad ſe confugientes ſuos, alienoſque (videlicet Paganos Romae adhuc degentes) *receperunt*. Ob tantum beneficium anniverſariam gratiarum actionem Romae inſtitutam memorat S.Leo Magnus in ſermone in Octava Apoſtolorum Petri & Pauli. Eius haec verba ſunt: *Religioſam devotionem, dilectiſſimi, qua ob diem caſtigationis & liberationis noſtrae, cunctus fidelium populus ad agendas Deo gratias confluebat, bene ab omnibus proxime fuiſſe neglectam, ipſa paucorum, qui adfuere, raritas demonſtravit: & cordi meo multum triſtitiae intulit, & plurimum timoris incuſſit. Magnum enim periculum eſt, eſſe homines ingratos Deo: & per oblivionem beneficiorum ejus, nec de correctione compungi, nec de remiſſione laetari . . . . . Pudet dicere, ſed neceſſe eſt non tacere: plus impenditur daemoniis, quam Apoſtolis, & majorem obtinet inſana ſpectacula frequentiam, quam beata Martyria. Quis hanc urbem reformavit ſaluti? quis a captivitate eruit? quis a caede defendit? ludus Circenſium, an cura Sanctorum? quorum utique precibus divinae cenſurae flexa eſt ſententia, ut qui merebamur iram, ſervaremur ad veniam &c.*

rea atque argentea vaſa portantur, exſertis undique ad defenſionem gladiis pia pompa munitur. Hymnis, Deo Romanis, barbariſque concinentibus, publice canitur. Perſonat late in excidio Urbis ſalutis tuba; omneſque etiam in abditis latentes invitat ac pulſat. Concurrunt undique ad vaſa Petri vaſa Chriſti; plurimi etiam pagani Chriſtianis profeſſione, etſi non fide admiſcentur; & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur, evadunt. Quanto copioſius adgregantur Romani confugientes, tanto avidius circumfunduntur barbari defenſores &c.

In Vitis PP., a Iohannes Moſco collectis in Prato Spirituali, cap. 149. lib. 10. edit. Heriberti Roſvveidi pag. 900. Antuerpiae 1615. de S. Leone Magno haec adnotantur.

Cum deſcendiſſet Abbas Amos Hieroſolymam, & Patriarcha ordinatus eſſet, venerunt omnes monaſteriorum eremi Abbates, ut adorarent eum, inter quos adſui & ego cum Abbate meo. Coepitque Patriarcha dicere patribus: orate pro me, patres: magnum enim onus & intolerabile mihi iniunctum eſt, ſacerdotiique dignitas me terret immodice. Petri enim & Pauli & ſimilium eſt regere rationales animas: ego autem infelix peccator ſum. Plus autem quam cetera timeo ordinationum ſarcinam: nam inveni ſcriptum, quia beatiſſimus & aequalis Angelis Papa Leo, qui Romanorum Eccleſiae praefuit, per quadraginta dies perſeveravit ad ſepulcrum Apoſtoli Petri, vigiliis & orationibus inſiſtens, petenſque ab Apoſtolo ut pro ſe apud Deum intercederet, ut dimitterentur ſibi peccata ſua. Impletiſque diebus quadraginta, apparuit ei Apoſtolus Petrus, dicens: oravi pro te, & dimiſſa ſunt tibi omnia peccata tua, praeterquam impoſitionis manuum: hoc enim ſolum abs te requiretur, ſive bene, ſive fortaſſis aliter id egeris.

Theodoretus, Epiſcopus Cyri, obiit an. 457. aut 458. In Epiſtola ad S. Leonem Magnum Papam de praerogativis Romanae Eccleſiae. Tom. 3. Opp. edit. Iacobi Sirmondii epiſt. 113. pag. 985. Pariſiis 1642.

Habet

Habet praeterea [*Roma*] communium Patrum, magiſtrorumque veritatis Petri, & Pauli ſepulcra, fidelium animas illuminantia . Quorum beatiſſimum , ac divinum par in Oriente quidem exortum eſt , & radios quaque verſum diffudit : ſed in Occidente vitae occaſum ultro ſubiit , atque inde nunc Orbem univerſum colluſtrat . Hi ſedem veſtram nobiliſſimam reddiderunt : hic bonorum veſtrorum eſt apex . At illorum ſedem nunc etiam illorum Deus illuſtravit , dum in ea ſanctitatem veſtram rectae fidei radios fundentem conſtituit .

S. Leo Magnus R. P. , ex hac vita ad caeleſtem migravit an. 461. *In Serm.* 4. *cap.* 4. *in Anniverſ. die aſſumpt. ſuae Tom.* 1. *Opp. pag.* 18. *edit. Ballerin. Venetiis* 1753.

Cum itaque , dilectiſſimi , tantum nobis videamus praeſidium divinitus inſtitutum , rationabiliter & iuſte in ducis noſtri meritis & dignitate laetamur , gratias agentes ſempiterno Regi Redemptori noſtro Domino Ieſu Chriſto , quod tantam potentiam dedit ei , quem totius Eccleſiae Principem fecit , ut ſi quid etiam noſtris temporibus recte per nos agitur , recteque diſponitur , illius operibus , illius ſit gubernaculis deputandum , cui dictum eſt : *Et tu converſus confirma fratres tuos*: & cui poſt reſurrectionem ſuam Dominus ad trinam aeterni amoris profeſſionem , myſtica inſinuatione ter dixit : *Paſce oves meas* . Quod nunc quoque proculdubio facit , & mandatum Domini pius paſtor exſequitur , confirmans nos cohortationibus ſuis , & pro nobis orare non ceſſans , ut nulla tentatione ſuperemur . Si autem hanc pietatis ſuae curam omni populo Dei , ſicut credendum eſt , ubique praetendit ; quanto magis nobis alumnis ſuis opem ſuam dignabitur impendere , apud quos in ſacro beatae dormitionis thoro eadem qua praeſedit carne requieſcit ?

S. Gelaſius I. R. P. , an. 496. *ceſſit e vita . In Epiſtola ad Anaſtaſium Imp. , a glorioſa B. Petri Confeſſione , nimirum a tumulo , ubi eiuſdem Apoſtolorum Principis exuviae requieſcunt , Apoſtolicam Sedem , Romanamque Eccleſiam nullo umquam tempo-*

re

re in fide defecturam nominat. Tom. 5. Concil. Labb. pag. 309.

Hoc eſt [*inquit*] quod Sedes Apoſtolica magnopere cavet, ut quia mundo radix eſt Apoſtoli glorioſa Confeſſio, nulla rima pravitatis, nulla prorſus contagione maculetur. Nam ſi (quod Deus avertat, quod fieri non poſſe confidimus) tale aliquid proveniret, unde cuiquam reſiſtere auderemus errori? vel unde correctionem errantibus poſceremus?

Et in Epiſtola ad Euphemianum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, in qua ſcribit neminem ad Sedis Apoſtolicae communionem ſe poſſe admittere, qui Acacii nomen non damnaverit. Tom. cit. pag. 289.

Veniemus [*inquit*] frater Euphemiane (*a*), ſine dubitatione veniemus ad illud pavendum Tribunal Chriſti ..... [*ubi*] comprobandum, utrum B. Petri glorioſa Confeſſio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quidquam ſubtraxerit ad ſalutem.

Ennodius factus Epiſcopus Ticinenſis an. 490. In Libello Apologetico, quem pro Symmacho R. P., & pro Palmari Synodo innocentiam eiuſdem Summi Pontificis vindicante elucubravit, Petrum Altinatem Epiſcopum, qui Romam quidem venerat, ſed beati Apoſtoli limina, & monumentum illius, ſepulcrum videlicet, non inviſerat, vehementer culpat. Apud Iacobum Sirmondium Tom. I. Opp. Var. pag. 1637. & 1638. Pariſiis 1696.

Inviſis beati Apoſtoli Liminibus ad uſum furoris veſtri iam neſcius ſui advocatur; & illud quod ex omnibus orbis cardinibus devotos attrahit, poſitum in vicinitate tranſitur. Eccle-

(*a*) Euphemianus *Fratris* nomine a Gelaſio inſignitur, licet eſſet ſchiſmaticus, utpote qui implicitus communione Acacii Epiſcopi Conſtantinopolitani in haereſis perfidia an. 480. defuncti, tenebatur. Hoc aliiſque pluribus exemplis diſcimus non exhorruiſſe orthodoxos interdum vocare *fratres* Chriſtianos etiam a communione extorres. Hunc morem conſtanter tenuere Romani Pontifices in eorum litteris ad ſchiſmaticos, & haereticos Epiſcopos datis, probatumque fuit, ſuffragio praeſertim Lucae Vadinghi, in Congregatione de Propaganda fide habita die 8. Novembris an. 1632.

Eccleſiarum fundamentum adire non permittitur ſtructura mediocris, tunc ſpem bonorum fructuum perdidit e radice ſeparatus *(a)*. Dicatis forſitan, Apoſtoli genio decerpi, ſi putatur caeli civis terrarum locis includi. Tamen quamvis benedictio poſcentibus ubique praeſtetur, & exigat praeſentiam Martyris fides & devotio ſupplicantis: negari non poteſt, diligentiae natali ſolo *(b)* plus tribui, & maiorem affectum loca impetrare, de quibus ad ſuperna tranſitur. Quam fidem allegationi curationum multitudo iam praeſtitit; & utimur poſt obſidionem diabolicam teſtibus iam ſanatis. Haec licet per Redemptorem noſtrum in toto orbe celebrentur: eſt tamen non modica monumenti illius per frequentiam comparata nobilitas, quia per eum, qui hominem mutavit in Angelum, illuſtrari potuit natura telluris. Hanc viſitatori veſtro invidiſtis gratiam, aeſtimantes, quia errorum veſtrorum ſectator eſſe deſiſteret, ſi reverendae paſſionis penetralia contigiſſet.

(*a*) Locus inſignis ad eos revinciendos, quibus ſacrorum hodie locorum, neque ad vota & preces concipiendas, neque ad caeleſtia beneficia conſequenda, nullum eſt diſcrimen.

(*b*) His verbis manifeſtum fit Ennodium exiſtimaſſe, in Vaticano, ubi Petri corpus quieſcit, ipſum Apoſtolorum Principem ſuſtinuiſſe paſſionem, indeque quaſi a natali ſolo ad ſuperos evolaſſe.



MONU-

MONUMENTA

SAECULI VI.

Suggeſtio altera Germani & Iohannis Epiſcoporum, Felicis & Dioſcori Diaconorum, & Blandi Presbyteri, nomine Iuſtiniani Comitis ad S. Ormiſdam R. P. anno 520. apud Labb. Tom. 5. Concil. pag. 647. Venetiis 1728.

Filius veſter magnificus vir Iuſtinianus, res convenientes fidei ſuae faciens &c. quia talis eſt fervor fidei eius, qui meretur quidquid de Apoſtolica Sede depopoſcerit, & talis eſt, qui ſperat unde & ſalus animae & fidei effectus accreſcat; talibus deſideriis poſtulata competit non negare. Unde ſi & Beatitudini Veſtrae videretur, ſanctuaria beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſecundum morem, ei largiri praecipite; & ſi fieri poteſt, ad ſecundam cataractam ipſa ſanctuaria deponere, veſtrum eſt deliberare (a). Petit & de catenis ſanctorum

X Apo-

(a) De *Sanctuariis* alibi agemus; nunc de *Cataractis*. Non unica ſed duae ad B. Petri ſepulcrum cataractae exſtabant, hodieque ſuperſunt. Altera cellulam ſuperiorem claudebat, altera in pavimento ipſius cellulae muniebat feneſtellam, quae adhuc viſitur, ſub qua in hypogaeo ſacratiſſimum corpus eſt conditum. *Cataractae* vocabantur, quod eiuſmodi feneſtellae firmis porticellis (nam firmiores portae ſic appellantur) eſſent praecluſae. Verum aliis Scriptoribus frequentius *feneſtellae*, *foramina*, *billici*, ſeu *umbilici* dicuntur. Sanctuaria modo intra cellulam, ſeu ad primam cataractam inferebantur, modo per feneſtellam pavimenti interius dimittebantur, ut propius ſacrum loculum contigerent, ideoque ad alteram cataractam. Mos quoque fuit vas carbonibus, & thure plenum in labro huius ſecundae feneſtellae appendere, quod clavus aeneus adhuc ibi ſuperſtes manifeſtum facit. Liber Pontificalis de Leone III. narrat pag. 282. Tom. 2. quae ſequuntur: *Fecit thuribula Apoſtolica ex auro puriſſimo dua: ex quibus unum miſit intus ſuper corpus ejus, quod penſat libras II. & alterum, penſans libras II. & uncias VIII quod procedit per ſtationes*. Etiam ſupra ſepulcrum B. Pauli Apoſtoli in via Oſtienſi huiuſmodi feneſtella, ſeu foramen exſtabat, immo & idem

ritus

Apoſtolorum, ſi poſſibile eſt; & de craticula beati Laurentii martyris. Iſta ſunt deſideria praedicti viri &c. Dat. III. Kal. Iulias, CPoli (an. 519.)

S. Ormiſda in reſponſione ad Iuſtinianum haec habet ibid. pag. 651. Beatitus ibidem ſervabatur: *In feſtivitate S. Pauli* (ita Benedictus Baſilicae Vaticanae Canonicus ſaeculo XII. adnotavit in Ordine Romano apud Mabillon. Tom. 2. Muſ. Ital. pag. 130.) *vadit Pontifex illuc cum omnibus ſcholis; facit Veſperas, & habet cum omnibus cœnam de Eccleſia. Perfecta coena intrat ad vigilias &c. Poſt reſponſorium in quarta lectione ſurgit dominus Pontifex, & intrat ad arcam altaris ſancti Pauli, ubi eſt foramen in fundo arcae ſuper corpus Apoſtoli. Diſcooperto eo, mittit manum deorſum, & apprehendit thuribulum in unco plenum carbonibus & incenſo, & trahit foras. Incenſum & carbones dat Archidiacono; Archidiaconus autem dat per populum, hac ratione, ut quicumque febricitans devote in fide Apoſtoli ex his biberit, ſanetur. Iterum replet thuribulum de carbonibus, & ponit ſuper eos candelam vitream plenam incenſo, accendit carbones, & candela incipit bullire: & reponit thuribulum in praelibato unco, & cooperitur foramen arcae a Pontifice ſuper corpus eius &c.* Ceterum huiuſmodi feneſtella ſeu foramen erat ad memoriam B. Stephani in civitate Uzalenſi, teſtante Evodio in lib. 1. de miraculis eiuſdem ſancti Protomartyris cap. 12. quo cum quidam civis Uticenſis, paralyſi pedum & linguae affectus acceſſiſſet, recuperato pedum officio, *exſuens ſibi manicam tunicae ſuae, eo quod orarium non haberet, per feneſtellam memoriae ad interiora loca ſanctarum reliquiarum manu iniectis mittebat; atque inde rurſum dexteram reducens, ori ſuo admovebat, & linguam contingendo, paulatim nodos loquendi gratia fidei reſolvebat.* Gregorius Turonenſis de Gloria Confeſſorum cap. 37. de ſanctorum Venerandi, Nepotianique Epiſcoporum ſepulcris: *Eſt ibi & ſepulcrum ipſius ſancti Venerandi Epiſcopi, a quo haec aedes nomen accepit, ſub analogio compoſitum, ſuper quod caput per feneſtellam quicumque vult, immittit, precans quae neceſſitas cogit, obtinetque mox effectum, ſi juſta petierit.* Sozomenus lib. 9. cap. 2. ubi de inventione reliquiarum ſanctorum XL. Martyrum verba facit, locum illum foramen habuiſſe teſtatur: *In ſumma autem parte ubi Martyres iacebant, exiguum foramen apparuit.* De hoc foramine intelligendus videtur locus Nicetae Paphlagonis in laudatione Hyacinthi martyris Amaſtriani, qui ſic habet: *Ita ut os ſepulcri, & fabrica, quae illud tegebat in modum arcae compoſita* (capellam intelligit) *ſacro pulvere, & venerando illo cinere compleretur.* Ad hoc foramen referendus eſt etiam alter locus incerti Auctoris in deſcriptione Eccleſiae S. Sophiae edita a Franciſco Combefiſio pag. 255.

Digitized by Google

Beatiſſimorum vero Apoſtolorum Petri & Pauli ſanctuaria, ſicut religioſiſſimo quaeſiſtis affectu per harum portitorem ſub omni veneratione tranſmiſimus, optantes orationibus eorum ut mentis veſtrae oblatio & deſideria gratiae ſint Divinitatis accepta &c. Dat. IV. Non. Septembris, Euthario viro clariſſimo Conſule (an. 519.)

Sanctus Fulgentius, Ruſpenſis Epiſcopus, obiit an. 533. In lib. ſeu ep. 17. ad Petrum Diaconum de Incarnatione & Gratia, num. 21. apud Guillelm. Deſprez pag. 298. Pariſiis 1684.

Propterea omnis qui in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti ſacramento ſanctae regenerationis abluitur, nonniſi in Chriſti morte ac nomine baptizatur, ut evidenter appareat illi nos conſepultos eſſe per baptiſmum in morte, in cuius uno cum Patris & Spiritus Sancti conſtat nomine baptizatos. Quod duorum magnorum luminarium, Petri ſcilicet Paulique verbis, tamquam ſplendentibus radiis illuſtrata, eorumque decorata corporibus Romana, quae mundi cacumen eſt, tenet & docet Eccleſia, totuſque cum ea Chriſtianus orbis, & ad iuſtitiam nihil haeſitans credit, & ad ſalutem non dubitat confiteri.

Aurelius Caſſiodorus Senator, auctus an. 534. ab Athalarico Rege ampliſſima dignitate Praefecturae Praetorii, ad Iohannem II. R. P. eius implorans apud Deum preces pro bono regimine, iſta conſcripſit, ep. 2. lib. 11. Variar. Tom. 1. Opp. pag. 174. Rothomagi 1679.

Iohanni Papae Senator Praefectus Praetorio.

Supplicandum vobis eſt, beatiſſime Pater, ut laetitiam, quam per vos [Deo largiente] percepimus, cuſtodiri nobis veſtris orationibus ſentiamus. Quis enim dubitet proſperitatem noſtram veſtris meritis applicandam, quando honorem adipiſcimur, qui a Domino diligi non meremur; & permutatione efficaci bona recipimus, dum talia non agamus? Eccleſiaſticis ſiquidem ieiuniis fames eſt excluſa popularis: decoris lacrimis triſtitia ſoluta diſceſſit; & per ſanctos viros acce-

 cele-

Digitized by Google

celeratum eſt, ne traheretur diutius, quod gravabat. Et ideo ſalutans officioſitate, qua dignum eſt, precor, ut vivaciùs oretis pro ſalute Regnantium; quatenus eorum vitam caeleſtis Princeps faciat eſſe longaevam, Romanae Reipub. hoſtes imminuat, tempora tranquilla concedat: deinde, quod ornat pacem, neceſſariam nobis copiam de abundantiae ſuae horreis largiatur: mihique filio veſtro intelligentiae ſenſus aperiat; ut quae vere ſunt utilia, ſequar, quae vitanda refugiam. Vigor ille rationabilis animae nobis conſilium praeſtet: facies veritatis albeſcat, ne mentem noſtram innubilet caligo corporea: ſequamur quod intus eſt, ne foris a nobis ſimus: inſtruat quod de vera ſapientia ſapit: illuminet quod caeleſti claritate reſplendet. Talem denique Iudicem excipiat publicus actus, qualem filium Catholica mittit [al. *nutrit*] Eccleſia. In ſuis nos etiam muneribus virtus ſancta cuſtodiat: quia graviores inſidias antiqui adverſarii tunc ſubimus, quando eius dona ſuſcipimus. Nolite in me tantum reiicere civitatis illius curam, quae potius veſtra laude ſecura eſt. Vos enim ſpeculatores Chriſtiano populo praeſidetis: vos patris nomine univerſa diligitis. Securitas ergo plebis ad veſtram reſpicit famam, cui divinitus eſt commiſſa cuſtodia. Quapropter nos decet cuſtodire aliqua: ſed vos omnia. Paſcitis quidem ſpiritualiter commiſſum vobis gregem: tamen nec iſta poteſtis negligere, quae corporis videntur ſubſtantiam continere. Nam ſicut homo conſtat ex dualitate: ita boni patris eſt, utraque refovere. Primum penuriam temporis, quam delicta promerentur, orationibus ſanctis amovere. Si quid tamen [quod abſit] acciderit; tunc bene neceſſitas excluditur, quando contra eam ſub ubertate [al. *libertate*] tractatur. Monete me, quae ſunt gerenda ſollicite. Bene agere vel correptus exopto: quia difficilius errat ovis, quae voces deſiderat audire paſtoris; nec facile efficitur vitioſus, cui admonitor inſiſtit aſſiduus. Sum quidem Iudex Palatinus; ſed veſter non deſinam eſſe diſcipulus. Nam tunc iſta recte agimus, ſi a veſtris regulis minime diſcedamus.

X Sed

Sed cum me a vobis deſiderem & moneri conſiliis, & orationibus adiuvari; iam vobis eſt applicandum, ſi quid in me fuerit aliter, quam optabatur, inventum. Sedes illa toto orbe mirabilis proprios regat affectionis cultores; quae licet generalis mundo ſit praeſtita: vobis etiam cognoſcitur & localiter attributa. Tenemus aliquid ſanctorum Apoſtolorum proprium, ſi peccatis dividentibus non reddatur alienum: quando Confeſſiones illas, quas videre univerſitas appetit, Roma felicior in ſuis ſinibus [ed. *finibus*] habere promeruit. Nil ergo timemus talibus Patronis, ſi oratio non deſiſtat Antiſtitis. Arduum eſt quidem multorum deſideriis ſatisfacere (*a*): ſed novit Divinitas magna praeſtare. Ipſa retundat invidos: ipſa nobis faciat cives caeleſti aſpiratione gratiſſimos; & ſupplicationibus veſtris tempora tribuat, quibus ſuperna gratia praedicetur indulta.

Venantius Honorius Fortunatus, Epiſcopus Pictavienſis, in lib. 3. Vit. S. Martini, cuius ope ante annum 560. ſanitatem in oculis recepit. Tom. 6. collect. Veter. Poët. pag. 186. Piſauri.

Buccina concrepuit regiones una per omnes;
Dogmate tantorum Chriſti data munera pangit
Hebraeus, Graecus, Romanus, Barbarus, Indus,
Iſraelita canit, ſimul Atticus, atque Quiritis,
Principibus geminis fidei ſub principe Roma,
Carnis Apoſtolicae quo ſunt duo celſa ſepulcra.
Prima tenet terris, & utrique priora ſupernis,
Dogmatis ore pares, & ſedis honore curules,

Am-

(*a*) S. Benedictus in cap. 2. ſanctae Regulae, ubi qualis debeat eſſe Abbas mira prudentia deſcribit, haec circa arduum opus multorum moribus ſatisfaciendi ſapienter advertit: *Meminiſſe debet ſemper Abbas quod dicitur: & ſcire, quia cui plus committitur, plus ab eo exigitur. Sciatque quam difficilem & arduam rem ſuſcepit, regere animas, & multorum ſervire moribus. Et alium quidem blandimentis, alium vero increpationibus, alium ſuaſionibus, & ſecundum uniuſcuiuſque qualitatem vel intelligentiam, ita ſe omnibus conformet & aptet, ut non ſolum detrimenta gregis ſibi commiſſi non patiatur, verum etiam in augmentatione boni gregis gaudeat.*

Ambo triumphantes ſpargunt nova dona per orbem:
Una nempe die quos paſſio ſancta beavit,
Et ſacra ſic geminus ſignavit tempora conſul,
Quis ſplendor paribus rutilabat ab ore coruſcus
Lucifer, ut radiis premeretur vultibus illis,
Quippe nec ipſa micat tantum rota fulgida ſolis.

S. Veranus, Caballicenſis Epiſcopus, Romam venit ad viſitandum ſepulcrum Principis Apoſtolorum. Ab eius biographo apud Labbeum Tom. 2. Biblioth. Mſs. pag. 691. Pariſiis 1657., exhibetur coaetaneus Honorati Archiepiſcopi Mediolanenſis, qui iuxta Ughellium Tom. 4. Ital. Sacr. ad eam ſedem aſcendit an. 568., obiitque an. 570. vel. 572. aut 574.

Cum devotione orandi urbem Romam expetere deliberaſſet; & cum in publicos graſſatores offendiſſet, qui eum ſtrictis mucronibus aggreſsi ſunt, ac petiviſſet, ut orandi ſpatium concederent illi paululum; completa oratione, ictus ferientis evanuit,& in aere dextera ſuſpenſa pependit ... Proſecutus iter, cum veniſſet ad Tiberim ab urbe Roma milliario fere quadrageſimo, ut pedibus iret, ſtatuit . . . . & ſic uſque ad ſanctiſsimam Confeſsionem S. Petri Apoſtoli deſiderii ſui compos acceſsit: ubi ut pius orator devota exſpectatione pervenit, cuſtodem Confeſsionis honorifice ſalutavit, & cum ſumma humilitate popoſcit, ut illi ſepulcri veſtibulum dignaretur patefacere: quod ſanctitatis eius ille ignarus, fieri poſſe negavit; multos eſſe dicens potentes, quorum precatu orandi tantummodo ſpatium concederet, & veluti feſtinus ille cuſtos poſt tale reſponſum ad ſuam remeavit cellulam. B. vero Confeſſor Veranus ante ipſa Confeſsionis clauſtra curvans genua oraturus petiit terram, ibique omne votum & ſui cordis deſiderium intenta ſupplevit oratione: ſurgenſque ab oratione, ac monumenti ſepta nimio fidei ardore ſuccenſus deoſculans; ita catenatus ille locus, ſolutis vinculis, patefactus eſt, ut crederetur B. martyr & ſummus Apoſtolus ei qui illic oraverat, reſeratis aditibus, occurriſſe. Quod ubi venerandi ipſius loci

cuſtos

cuſtos audivit, ad petendam veniam feſtinus occurrit, & veſtigiis ſancti Verani pronus incumbens indulgentiam poſtulavit: quod piiſſimus vir Domini Veranus ſine cunctatione praeſtitit, & totus in caritate conſiſtens veniam quam petiit non negavit. Cum autem audiſſet Romanus Pontifex & beneficium ſancti Apoſtoli & meritum venientis cum ſumma eum in omnibus dilectione ſuſcepit, multumque Papa reverendus immenſae ſanctitatis illius amore devinctus eum credidit retinendum.

S. Gregorius Turonenſis Epiſcopus, obiit an. 595. *In lib.* 1. *de Gloria Martyrum cap.* 28. *pag.* 750. *Pariſiis* 1699. *S. Petri ſepulcrum ita deſcribit.*

Sepultus eſt (*S. Petrus*) in templo, quod vocitabatur antiquitus Vaticanum, quatuor ordines columnarum valde admirabilium, numero nonaginta ſex habens. Habet enim quatuor in altari, quae ſunt ſimul centum, praeter illas quae ciborium ſepulcri ſuſtentant. Hoc enim ſepulcrum, ſub altari collocatum, valde rarum habetur. Sed qui orare deſiderat, reſeratis cancellis, quibus locus ille ambitur, accedit ſuper ſepulcrum: & ſic feneſtella parvula patefacta, immiſſo introrſum capite, quae neceſſitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, ſi petitionis tantum iuſta proferatur oratio. Quod ſi beata auferre deſiderat pignora, palliolum aliquod momentana penſatum iacit intrinſecus: deinde vigilans ac ieiunans devotiſſime deprecatur, ut devotioni ſuae virtus apoſtolica ſuffragetur. Mirum dictu! ſi fides hominis praevaluerit, a tumulo palliolum elevatum ita imbuitur divina virtute, ut multo amplius, quam prius penſaverat, ponderaret: et tunc ſcit qui levaverit, cum eius gratia ſumſiſſe quod petiit (*a*). Multi enim et claves aureas ad reſerandos cancellos

(*a*) Quod Gregorius narrat pannos in *momentana*, ideſt libra ponderari ſolitos, antequam ſuper ſepulcrum immitterentur, ut ex maiori, quod inde accedebat, pondere gratia virtutis accepta ſentiretur, non vacat exemplo. Idem quippe actitabatur ad tumulum

cellos beati ſepulcri faciunt: qui ferentes, pro benedictióne priores accipiunt, quibus infirmitati tribulatorum medeantur. Omnia enim fides integra praeſtat. Sunt ibi et columnae mirae elegantiae, candore niveo, quatuor numero, quae ciborium ſepulcri ſuſtinere dicuntur.

In lib. 6. Hiſtoriae Francorum num. 6. apud Martin. Bouquet Recueil des Hiſtoriens des Gaules & de la France *Tom. 2. pag. 269. Paris 1739.*

Poſt

lum S. Martini, ex eodem auctore in lib. 1. de miraculis eiuſdem Sancti cap. 11., ubi haec refert: *Charrarici cuiuſdam Regis Galliciae filius graviter aegrotabat, qui tale taedium incurrerat, ut ſolo ſpiritu palpitaret. Pater autem eius foetidae ſe illi Arrianae ſectae una cum incolis loci illius ſubdiderat. Sed & regio illa plus ſolito, quam aliae provinciae, lepra ſordebat. Cumque Rex videret urgeri filium in extremis, dicit ſuis, Martinus ille, quem in Galliis dicunt multis virtutibus effulgere, cuius, quaeſo, religionis fuerit enarrate. Cui aiunt, Catholicae fidei populum paſtorali cura in corpore poſitus gubernavit, aſſerens Filium cum Patre & Spiritu Sancto aequali ſubſtantia vel omnipotentia venerari debere: ſed & nunc caeli ſede locatus, aſſiduis beneficiis non ceſſat plebi propriae providere. Qui ait, ſi haec vera ſunt quae profertis, diſcurrant uſque ad eius templum fideles amici mei, multa munera deportantes, & ſi obtineant mei filii medicinam, inquiſita fide Catholica, quam ille credidit, credam. Penſato ergo auro, argentoque ad filii pondus, tranſmiſit ad venerabilem locum ſepulcri. Qui profecti, oblatis muneribus exorant ad beati tumulum pro aegroto. Sed inſidente adhuc in patris eius pectore ſecta, non continuo integram recipere meruit medicinam. Reverſi autem nuntii narraverunt Regi, ſe multas virtutes ad beati tumulum vidiſſe, dicentes, Cur non ſanatus fuerit filius tuus ignoramus. At ille intelligens, non ante ſanari poſſe filium, niſi aequalem cum patre crederet Chriſtum, in honorem beati Martini fabricavit Eccleſiam, miroque opere ea expedita, proclamat, ſi ſuſcipere mereor viri iuſti reliquias, quodcumque ſacerdotes praedicaverint, credam. Et ſic iterum ſuos dirigit maiore cum munere: qui venientes ad beatum locum reliquias poſtulabant. Cumque eis offerrentur ex conſuetudine dixerunt. Non ita faciemus, ſed nobis quaeſumus licentia tribuatur ponendi, quae exinde iterum aſſumamus. Tunc partem pallii ſerici penſatam ſuper beatum ſepulcrum poſuerunt, dicentes, ſi invenimus gratiam coram expetito patrono, quae poſuimus plus inſequenti penſabunt, eruntque nobis in benedictionem poſita, quaeſita per fidem. Vigilata ergo una nocte. facto mane, quae poſuerant penſitabant. In quibus tanta beati viri infuſa eſt gratia, ut tamdiu elevarent in ſublime aeream libram, quantum habere poterat quo aſcenderet momentana.*

Poſt haec [*an.* 581.] homo erat Andegavenſis incola, qui per nimiam febrem eloquium pariter auditumque perdiderat; & cum de febre convaluiſſet, ſurdus permanebat ac mutus. Igitur Diaconus ex provincia illa Romam directus eſt, ut beatorum Apoſtolorum pignora, vel reliquorum Sanctorum qui urbem illam muniunt, exhiberet. Qui cum ad parentes infirmi illius perveniſſet, rogant ut eum ſibi comitem itineris ſumere dignaretur, confiſi quod ſi beatiſſimorum Apoſtolorum adiret ſepulcra, protinus poſſet adſequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locum, ubi beatus Hoſpitius habitabat. Quo ſalutato ac deoſculato, cauſſas itineris Diaconus pandit, ac proficiſci ſe Romam indicat, ſeſeque his qui ſancto viro de naucleris amici eſſent, commendari depoſcit. Cumque ibi adhuc moraretur, ſenſit vir beatus per ſpiritum Domini adeſſe virtutem; & ait Diacono: *Infirmum qui comes tui nunc eſt itineris, rogo ut meis conſpectibus repraeſentes*. At ille nihil moratus, velociter ad metatum vadit (*a*), invenitque infirmum febre plenum, qui per nutum aures ſuas dare tinnitum indicabat: adprehenſumque ducit ad ſanctum Dei. At ille adprehenſa manu caeſarie, adtraxit caput illius in feneſtram, adſumtoque oleo benedictione ſanctificato, tenens manu ſiniſtrâ linguam eius, ori verticique capitis infudit, dicens: *In nomine Domini mei Ieſu Chriſti aperiantur aures tuae, reſeretque os tuum virtus illa, quae quondam ab homine ſurdo & muto noxium eiecit daemonium*. Et haec dicens, interrogat nomen. Ille vero clara voce ait: *Sic dicor*. Cum haec vidiſſet Diaconus ait: *Gratias tibi immenſas refero, Ieſu Chriſte, qui talia per ſervum tuum dignaris oſtendere. Quaerebam Petrum, quaerebam Paulum, Laurentiumque, vel reliquos, qui Romam proprio cruore inluſtrant: hic omnes reperi, hic cunctos inveni*. Haec eo cum

Y maxi-

(*a*) *Metatus*, *Metatum*, aedes propria, domicilium, interdum hoſpitium, atque ita intelligendum eſt illud ad *metatum vadit*. *Metatores* autem erant illi qui parabant manſiones, & itinera diſponebant; & *metatoriae litterae* illae dicuntur, quibus adventus nuntiatur.

maximo fletu & admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait: *Sile, ſile dilectiſſime frater, non haec ego facio, ſed ille qui mundum ex nihilo condidit, qui pro nobis hominem ſuſcipiens, caecis viſum, ſurdis auditum, mutis praeſtat eloquium, qui leproſis cutem priſtinam, mortuis vitam, & omnibus infirmis adfluentem medicinam indulget*. Tunc Diaconus gaudens & valedicens, abſceſſit cum comitibus ſuis.

S. Gregorius Magnus R. P., electus an.590. In ep.30. lib.4. Ind. 12. ad Conſtantinam Auguſtam Tiberii Conſtantini Imp. filiam, quam pater Mauricio uxorem dedit, dotiſque loco Imperium tradidit, ut eam poſtulantem caput S. Pauli, aut aliud quid de corpore ipſius deterreat, varia recenſet prodigia ad tumulos SS. Petri, Pauli, ac Laurentii facta adverſus eos, qui humum eorum ſepulcris contiguam effoderunt. Addit Apoſtolorum corpora exſtare in locis, in quibus condita fuere, neque aliquem praeſumere poſſe illa tangere, aut inſpicere; cum nefas tunc eſſet in Occidente ſanctorum corpora contingere, aut e tumulis levare, ſed reliquiarum loco brandea morem eſſe tranſmittere. Ad obiectam Graecorum conſuetudinem reſpondet. Tandem e catenis S. Pauli particulas lima excutiendas permittit. Tom. 2. Opp. pag. 707. Pariſiis 1705.

Gregorius Conſtantinae Auguſtae.

Serenitas veſtrae pietatis, religionis, ſtudio, & ſanctitatis amore conſpicua, propter eam, quae in honorem ſancti Pauli Apoſtoli in palatio aedificatur, Eccleſiam, caput eiuſdem ſancti Pauli, aut aliud quid de corpore ipſius, ſuis ad ſe iuſſionibus a me praecepit debere tranſmitti. Et dum illa mihi deſiderarem imperari, de quibus facillimam obedientiam exhibens, veſtram erga me amplius potuiſſem gratiam provocare: maior me maeſtitia tenuit, quod illa praecipitis, quae facere nec poſſum, nec audeo. Nam corpora ſanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum tantis in Eccleſis ſuis coruſcant miraculis, atque terroribus, ut neque ad orandum ſine magno illuc timore poſſit accedi. Denique dum beatae recordationis deceſſor meus, quia argentum, quod ſupra ſacra-

ſacratiſſimum corpus beati Pe.ri Apoſtoli erat, longe tamen ab eodem corpore fere quindecim pedibus mutare voluit, ſignum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid ſimiliter ad ſacratiſſimum corpus ſancti Pauli Apoſtoli meliorare volui: & quia neceſſe erat, ut iuxta ſepulcrum eius effodi altius debuiſſet, praepoſitus loci ipſius (*a*) oſſa aliqua non quidem eidem ſepulcro coniuncta reperit. Quae quoniam levare praeſumſit, atque in alium locum tranſponere, apparentibus quibuſdam triſtibus ſignis, ſubita morte defunctus eſt.

Praeter haec autem ſanctae memoriae deceſſor meus, itidem ad corpus ſancti Laurentii martyris quaedam meliorare deſiderans, dum neſcitur, ubi venerabile corpus eſſet collocatum, effoditur exquirendo, & ſubito ſepulcrum ipſius ignoranter apertum eſt: & ii qui praeſentes erant atque laborabant, monachi & manſionarii, qui corpus eiuſdem martyris viderunt, quod quidem minime tangere praeſumſerunt, omnes intra decem dies defuncti ſunt, ita ut nullus vitae ſupereſſe potuiſſet, qui ſanctum iuſti corpus illius viderat.

Cognoſcat autem tranquilliſſima Domina, quia Romanis conſuetudo non eſt, quando ſanctorum reliquias dant, aut quidquam tangere praeſumant de corpore: ſed tantummodo in pyxide brandeum (*b*) mittitur, atque ad ſacra-

 tiſſi-

(*a*) *Praepoſitus loci ipſius*, id eſt Praepoſitus baſilicae S. Pauli. Apud Margarinium pag. 9. n. 109., pag. 17. n. 242., pag. 25. n. 353. mentio habetur Cypriani, Laurentii, & Petri eiuſdem baſilicae Praepoſitorum. Ex his Laurentius ad an. 491. pertinet, uti ex ſequenti inſcriptione:

HIC REQVIESCIT IN PACE LAVREN
TIVS PRAEPOSITVS BASILICE BEATI
PAULI APOSTOLI QVI VIXIT ANNVS P M . L X
DP XI KAL FEBRVARIAS
OLIBRIO VC CONS

(*b*) *Brandea* erant linteola, palliola, ſeu velamina, quae ex contactu ſacrorum lipſanorum, *ſanctuaria*, *patrocinia*, *pignora*, *beneficia*,

tiſſima corpora Sanctorum ponitur. Quod levatum, in Eccleſia, quae eſt dedicanda, debita cum veneratione reconditur:

cia, & frequentius Sanctorum *reliquiae* appellabantur. De his agit Gregorius Turonenſis in locis ſupra relatis, nempe lib. I. de Gl. MM. cap. 28., & lib. I. de Mirac. S. Martini cap. 11. Idem rurſus lib. I. cap. 47. de Gl. MM reliquias SS. Gervaſii & Protaſii, id eſt *linteamina ſeu pallulas* eorum ſanguine intinctas a S. Martino in Gallias aſportatas aſſerit. Et lib. 2. cap. 34. & 35. reliquias S. Iuliani vocat *fimbrias pallae quae ſanctum tegit tumulum* a ſe derractas. Ceram aut oleum ex lampadibus & cereis, quae ad ſepulcrum alicuius ſancti ardere ſolebant, pulverem quoque, immo & flores ibidem appoſitos inter reliquias adnumeratos ſcimus. Citatus Gregorius lib. 2. de Gl. MM. cap. 40. *parumper cerae* a ſepulcro S. Iuliani ablatum reliquiae nomine indigitat, & cap. 44. memorat *aliquid cerae vel pulveris de ſepulcro* eiuſdem ſancti. Item reliquias S. Martini appellat *ampullam olei* per S Aredium a S. Martini tumulo ablatam in lib. de Gl. Confeſſ. cap. 9., item *uvam de vitae quam ſanctus plantaverat* cap. 10. S. Auguſtinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. narrat duo miracula per flores edita, qui reliquiis S. Stephani Protomartyris oblati & admoti fuerant. Id genus reliquias ad templorum & altarium dedicationes adhibebant illius temporis homines, qui Sanctorum membra diſtrahere, ſive huc illucque circumferre, optimo conſilio non ſuſtinebant. In Tom. I. *delle Memorie Iſtoriche della Pontificia città di Benevento* pag. 190. pertractavimus *de beneficio S. Angeli*. Huic haud diſſimile eſt quod Ordericus Vitalis lib. 7. Hiſtor. Eccleſiaſt., auctoritate Iohannis Archidiaconi Barenſis, narrat de marmorea urna S. Nicolai his verbis: *fruſta quoque de marmorea urna, quam ruperunt* (ſcilicet Barenſes quando ſaeculo XI. in finem vergente tulerunt eius corpus) *quidam aſportaverunt, ex quibus a multis Pontificibus per Italiam multa altaria tabulaeque itinerariae conſecratae ſunt*. In Orderici editione typographi incuria mendum irrepſit, nam pro *itinerariae*, uti habet Iohannes Archidiaconus, legitur *temerarie*. Ceterum quanti aeſtimarentur Apoſtolorum Petri & Pauli reliquiae, ſeu *brandea*, Summorum Principum legationes ad ea obtinenda apertiſſime demonſtrant. In epiſtola Alcimi Aviti, ex recenſ. Sirmond. n. 27. dictata nomine Sigiſmundi Regis ad Simmachum Papam, ſic Rex ille: *Dum ſacra reliquiarum pignora, quibus per me Galliam veſtram ſpiritali remuneratione ditaſtis, negare petentibus non praeſumo, me quoque Sanctorum patrocinia poſtulare ab irriguo veſtri Apoſtolatus fonte neceſſe eſt . . . . deſtinato ad vos Diacono portitore viro ven. Iuliano ad univerſalis Eccleſiae Praeſulem, ſpiritu repraeſentante*

ditur : & tantae per hoc ibidem virtutes fiunt ; ac ſi illuc ſpecialiter eorum corpora deferantur (*a*).Unde contigit, ut beatae

recor-

tante concurrimus ... , *ſacris nos Apoſtolorum liminibus commemoratione aſſidua praeſentantes , ſpeciali dum vixero praedicatori veſtro , ubi obtinuiſtis initium , impetrata profectum* ... *& ut ſupra ſperavimus , ambienda nobis venerabilium reliquiarum conferte praeſidia ; quarum cultu , & beatiſſimum Petrum in virtute , & vos ſemper habere mereamur in munere*. Aliam legationem Childeberti Regis ad poſcendas Apoſtolorum reliquias, indigitat Pelagius I. in ep. ad Sapaudum Epiſcopum Arelatenſem apud Labbeum Tom. 5. Concil. ep. 11. Demum Gregorius Magnus ep. 51. lib. 5. Brunichildi Reginae Francorum ai : *Indicamus latori praeſentium Leupatico , quem vos eſſe Presbyterum ſcripſiſtis , per quem eloquia veſtrarum ſuſcepimus litterarum , reliquias nos beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli , iuxta excellentiae veſtrae petitionem cum ea veneratione qua dignum eſt praebuiſſe.* Quod autem haec omnia de ſolis brandeis , ſeu velaminibus ſacratis attactu loculorum SS. Petri & Pauli , ſint intelligenda , teſtis eſt idem Magnus Gregorius tum in allata ep. ad Conſtantinam , tum in ep. 44. lib. 4. , in qua enarrat ea quae ipſe ſtatuerat in Synodo Romae habita : *Sicut indignos nos* (ita ſanctiſſimus ille Pontifex, qui, cum in omnibus teneret humilitatis faſtigium , bene noverat ubi vera ſira ſit gloria) *pro beati Petri Apoſtoli reverentia mens fidelium veneratur ; ita noſtram infirmitatem decet ſemetipſum ſemper agnoſcere , & impenſe ſibi venerationis honorem declinare . Ex amore quippe fidelium huius ſedis rectoribus mos ultra meritum erupit , ut cum eorum corpora humanda deferuntur , haec dalmaticis contegant , eaſdem dalmaticas pro ſanctitatis reverentia ſibimet partiendas populus ſcindat , & cum adſint multa a ſacris corporibus Apoſtolorum martyrumque velamina , a peccatorum corpore ſumitur , quod pro magna reverentia reſervatur : de qua re praeſenti decreto conſtituo , ut feretrum, quo Romani Pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur , nullo tegmine veletur.* Teſtis tandem eſt liber diurnus RR. PP. tit. 38. ubi in *Reſponſo dedicandae baſilicae* in honorem Apoſtolorum ita habetur : *In qua etiam benedictionem de ſanctuariis apoſtolicis, id eſt , palliola de eorum Confeſſionibus tradidimus collocanda .*

(*a*) S. Gregorius Magnus in cap. 38. lib. 2. Dialogor. , quod ultimum eſt vitae S. Benedicti, Petrum interrogantem inducit : *Quidnam eſſe dicimus quod plerumque in ipſis quoque patrociniis Martyrum ſic eſſe ſentimus , ut non tanta per corpora ſua, quanta beneficia per reliquias oſtendant ; atque illic maiora ſigna faciant , ubi minime per ſemetipſos iacent ?* Cui Gregorius : *Ubi in ſuis corporibus ſancti Martyres iacent , dubium, Petre, non eſt quod multa valeant ſigna demonſtrare , ſicut & faciunt , ut pura mente quaerentibus innumera miracula oſtendunt : ſed quia ab infirmis poteſt*

men-

recordationis Leonis Papae temporibus , ſicut a maioribus traditur , dum quidam Graeci de talibus reliquiis dubitarent, praedictus Pontifex hoc ipſum brandeum allatis forſicibus inciderit , & ex ipſa inciſione ſanguis effluxerit . In Romanis namque vel totius Occidentis partibus omnino intolerabile eſt atque ſacrilegum , ſi Sanctorum corpora tangere quiſquam fortaſſe voluerit . Quod ſi praeſumſerit , certum eſt quia haec temeritas impunita nullo modo remanebit . Pro qua re de Graecorum conſuetudine , qui oſſa levare Sanctorum ſe aſſerunt , vehementer miramur , & vix credimus . Nam quidam Monachi Graeci huc ante biennium venientes nocturno ſilentio iuxta Eccleſiam ſancti Pauli corpora mortuorum in campo iacentia effodiebant , atque eorum oſſa recondebant, ſervantes ſibi , dum recederent . Qui cum tenti , & cur hoc facerent diligenter fuiſſent diſcuſſi , confeſſi ſunt quod illa oſſa ad Graeciam eſſent tamquam Sanctorum reliquias portaturi . Ex quorum exemplo , ſicut praedictum eſt , maior nobis dubietas nata eſt , utrum verum ſit quod levare veraciter oſſa Sanctorum dicuntur .

De corporibus vero beatorum Apoſtolorum quid ego dicturus ſum , dum conſtet , quia eo tempore quo paſſi ſunt , ex Oriente fideles venerunt , qui eorum corpora ſicut civium ſuorum repeterent ? Quae ducta uſque ad ſecundum urbis milliarium , in loco , qui dicitur Catacumbas , collocata ſunt . Sed dum ea exinde levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur , ita eos vis tonitrui atque fulguris nimio metu terruit atque diſperſit , ut talia denuo nullatenus attentare praeſumerent . Tunc autem exeuntes Romani eorum corpora , qui hoc ex Domini pietate meruerunt , levaverunt ,

mentibus dubitari , utrumne ad exaudiendum ibi praeſentes ſint , ubi conſtat quia in ſuis corporibus non ſint, ibi neceſſe eſt eos maiora ſigna oſtendere ubi de eorum praeſentia poteſt mens infirma dubitare . D. Hieronymus in cap. 48. vitae S. Hilarionis teſtatur, quod maiora erant ſigna quibus ipſe Cypri coruſcabat in hortulo ubi exhalavit ſpiritum , quam Maiumae in Palaeſtina , quo eius corpus ab Heſychio delatum fuit .

Digitized by Google

verunt, & in locis, quibus nunc ſunt condita, poſuerunt.

Quis ergo, Sereniſſima Domina, tam temerarius poſſit exſiſtere, ut haec ſciens, eorum corpora non dico tangere, ſed vel aliquatenus praeſumat inſpicere? Dum igitur talia mihi a vobis praecepta ſunt, de quibus parere nullatenus potuiſſem, quantum invenio, non veſtrum eſt; ſed quidam homines contra me pietatem veſtram excitare voluerunt, ut mihi, quod abſit, voluntatis veſtrae gratiam ſubtraherent, & propterea quaeſiverunt capitulum, de quo vobis quaſi inobediens invenirer. Sed in omnipotente Domino confido, quia nullo modo benigniſſimae voluntati ſurripitur, & ſanctorum Apoſtolorum virtutem, quos toto corde & mente diligitis, non ex corporali praeſentia, ſed ex protectione ſemper habebitis.

Sudarium vero, quod ſimiliter tranſmitti iuſſiſtis, cum corpore eius eſt, quod ita tangi non poteſt, ſicut nec ad corpus illius accedi. Sed quia Sereniſſimae Dominae tam religioſum deſiderium eſſe vacuum non debet, de catenis, quas ipſe ſanctus Paulus Apoſtolus in collo & in manibus geſtavit, ex quibus multa miracula in populo demonſtrantur, partem aliquam vobis tranſmittere feſtinabo, ſi tamen hanc tollere limando praevaluero; quia dum frequenter ex catenis eiſdem multi venientes benedictionem petunt, ut parvum quid ex limatura accipiant, aſſiſtit Sacerdos cum lima, & aliquid petentibus ita concite aliquid de catenis ipſis excutitur, ut mora nulla ſit. Quibuſdam vero petentibus, diu per catenas ipſas ducitur lima, & tamen ut aliquid exinde exeat non obtinetur. Menſe Iunio, Indictione XII.

In ep. 31. *lib.* 4. *Ind.* 12. *Tom.* 2. *Opp. pag.* 711.

Gregorius Theodoro Medico Imperatoris.

Ego omnipotenti Deo gratias ago, quia eorum qui ſe viciſſim veraciter diligunt loca animum non dividunt. Ecce enim, dulciſſime & glorioſiſſime Fili, longe a nobis diſtamus corpore, & tamen praeſentes nobis exſiſtimus caritate. Hoc veſtra

veſtra opera, hoc ſcripta teſtantur, hoc de praeſenti expertus ſum, hoc de abſenti veſtra gloria recognoſco. Hoc vos & hominibus amabiles, & omnipotenti Deo dignos in perpetuum faciat. Quia enim virtutum mater eſt caritas, idcirco bonorum operum fructus profertis, quia ipſam eorum fructuum in mente radicem tenetis. Ea autem quae in redemtionem captivorum, Deo vobis aſpirante tranſmiſiſtis, laetus, fateor, & triſtis accepi. Laetus videlicet vobis, quos de praeparanda manſione caeleſtis patriae cogitare cognovi: triſtis vero vehementer mihi, qui ſuper curam rerum S. Petri Apoſtoli, adhuc etiam de rebus dulciſſimi filii mei domni Theodori rationes poſiturus ſum: ſollicite an negligenter eas expenderim, requirendus vado. Omnipotens autem Deus, qui menti veſtrae ſuae miſericordiae viſcera infudit, qui vobis ſollicite cogitare conceſſit, hoc quod de Salvatore noſtro per egregium praedicatorem dicitur: *Quia pro nobis egenus factus eſt; cum dives eſſet*, in eiuſdem Salvatoris adventu, vos virtutibus divites oſtendat, ab omni culpa liberos aſſiſtere faciat: & pro terrenis caeleſtia, pro tranſitoriis gaudia vobis manſura concedat.

Hoc autem quod pro vobis agi apud ſacratiſſimum Corpus S. Petri Apoſtoli ſcribitis, certum tenete, quia etſi lingua veſtra taceat, fieri caritas veſtra iubet. Sed utinam digni ſimus, qui pro vobis orare debeamus. Quia vero dignus ego non ſum, non ambigo. Sed multi hic digni ſunt, qui ex oblatione veſtra ab hoſtibus redimuntur (*a*), & fideliter noſtro

Crea-

(*a*) Quam ardens fuerit Gregorii Magni ſtudium erga captivos, patet ex aliis ejus epiſtolis. Revera omni tempore eluxit eximia caritas Romanorum Pontificum non ſolum erga captivos, ſed etiam erga relegatos, ut his egeſtate laborantibus quae victui erant neceſſaria largiter ſuppeditarent, illis vero ſervitutis vincula ſolverent atque diſrumperent. Plura huiuſce piae largitatis exempla ſuppeditat liber pontificalis, praeſertim de S. Simmacho To. 1. pag. 179., & de Paſchali I. To. 2. pag. 322. *Hic*, inquit de Symmaco, *omni anno per Africam, vel Sardiniam Epiſcopis, qui in exſilio erant retruſi, pecunias & veſtes miniſtrabat. Hic captivos per Liguriam &*

Medio-

Creatori deſerviunt, de quibus hoc egiſtis quod ſcriptum eſt: *Abſconde eleemoſynam in ſinu pauperis, & haec pro te exorabit.*

Z Sed

Mediolanum, & per diverſas provincias pecuniis redemit, & dona multiplicavit & dimiſit. Totidem ferme verbis chronicon vetus, opus ſaeculi VI., a Ruinartio editum Hiſt. Vandalicae part. I. pag. 215. de Symmacho Papa refert, *omni anno per Africam vel Sardiniam Epiſcopis, qui in exſilio erant, pecunias, & veſtes miniſtrabat*. Chronicon indicatum numerat pluſquam tercentos triginta Epiſcopos ob Catholicam fidem ſtrenue & conſtanter aſſertam in exſilium pulſos ab Hunnerico Vandalorum Rege: & ducentos viginti a Traſamundo in Sardiniam relegatos pag. 115. proxime ante Pontificatum Symmachi. Auctor vitae S. Aviti Viennenſis Epiſcopi, quam a veteri ms. codice eruit Labbeus Tom. I. Biblioth. novae pag. 695. de Symmachi pia liberalitate haec habet: *Huius*, beati Aviti, *temporibus graviſſima perſecutio Vandalorum, ceterarumque gentium in Africa excanduit, & Symmachus Pontifex per Africam & Sardiniam Epiſcopis, qui in exſilio erant, quingentis quinquaginta pecunias & veſtes miniſtravit*. Eiſdem beatum Symmachum quotidiana ſubſidia miniſtrare non deſtitiſſe, ſcribit auctor hiſtoriae miſcellae ſub nomine Paulli Diaconi lib. 17. Mitto Adonem in Chronico, Hermannum Contractum, alioſque aevi poſterioris ſcriptores, qui antiquos exſcripſere. De Paſchali I. vero haec liber Pontificalis commemorat: *Omnem theſaurum in ſacrario caeleſti recondidit propter captivos & exſules non tantum a tranſmarinis regionibus viros ac mulieres in auro ſeu argento redimens, verum etiam per longinqua viarum itinera paſſim requirendo tam in Hiſpaniae partibus quamque per ſingula loca inveniens, ſicut bonus & verus paſtor ad propria perduxit*. Antiquius eſt etiam illud Dionyſii Corinthiorum Epiſcopi, qui in ep. ad Soterem R. P. apud Euſebium lib. 4. cap. 23. haec de liberalitate Romanae Eccleſiae, quae diffundebatur in exteros, habet: *Exſtat etiam epiſtola eiuſdem Dionyſii ad Romanos, Sotere tunc temporis Epiſcopo Romae urbis, nuncupata, ex qua pauca quaedam hic inſerere non abſurdum fuerit, ubi ſcilicet ille morem, inſtitutumque Romanorum ad perſecutionem uſque noſtra aetate factam* (nempe ad noviſſimam Diocletiani perſecutionem) *perpetuo cuſtoditum magnopere commendans, ita ſcribit. Haec enim*, inquit, *vobis conſuetudo eſt iam inde ab iſto religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & Eccleſiis quampluriminis, quae in ſingulis urbibus conſtitutae ſunt, neceſſaria vitae ſubſidia tranſmittatis. Et hac ratione tum egentium inopiam ſublevatis, tum fratribus, qui in metallis opus faciunt, neceſſaria ſuppeditatis; per haec, quae ab initio*

tranſ.

Sed quia ille plus diligit, qui plus praeſumit: erga dulciſſimam mentem glorioſiſſimi filii mei domni Theodori habeo aliquam querelam: quia donum ingenii, donum rerum, donum miſericordiae atque caritatis a ſancta Trinitate percepit: ſed tamen ſaecularibus indeſinenter cauſſis adſtringitur, aſſiduis proceſſionibus occupatur, & quotidie legere negligit verba Redemptoris ſui. Quid eſt autem ſcriptura ſacra, niſi quaedam epiſtola omnipotentis Dei ad creaturam ſuam? Et certe ſicuti eſſet gloria veſtra alibi conſtituta & ſcripta terreni Imperatoris acciperet, non ceſſaret, non quieſceret, ſomnum oculis non daret, niſi prius quid ſibi Imperator terrenus ſcripſiſſet, agnoviſſet. Imperator caeli, Dominus hominum & Angelorum, pro vita tua tibi ſuas epiſtolas tranſmiſit: & tamen, glorioſe Fili, eaſdem epiſtolas ardenter legere negligis. Stude ergo; quaeſo, & quotidie Creatoris tui verba meditare. Diſce cor Dei in verbis Dei, ut ardentius ad aeterna ſuſpires, ut mens veſtra ad caeleſtia gaudia maioribus deſideriis accendatur. Tanto enim tunc maior ei erit requies, quanto modo amore Conditoris ſui requies nulla fuerit. Sed ad haec agenda infundat vobis omnipotens Deus conſolatorem ſpiritum. Ipſe mentem veſtram ſua praeſentia impleat, & implendo levet.

De me autem cognoſcite, quia multas hic & innumeras amaritudines patior. Sed ago omnipotenti Deo gratias, quia minus affligor valde, quam mereor. Ca-

tranſmittere conſueviſtis, munera, morem, inſtitutumque Romanorum a maioribus veſtris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus epiſcopus veſter Soter non ſervavit ſolum, verum etiam adauxit; tum munera Sanctis deſtinata copioſe ſubminiſtrans, tum fratres peregre advenientes, tamquam liberos ſuos pater amantiſſimus beatis ſermonibus conſolando. Nominatim Syriis, & Arabiae ſuppeditata identidem fuiſſe a Stephano I. eiuſmodi ſubſidia meminit Dionyſius Antiſtes Alexandrinus apud cit. Euſeb. lib. 7. cap. 4. Memorat quoque Baſilius a Dionyſio R. P. in Cappadociam miſſos eſſe, qui Caeſarienſes afflictos conſolarentur, ac fratres captivitatis iugo ſolverent. In hunc uſum fiebant olim in Eccleſia Romana collectae diebus Dominicis, de quibus exſtant aliquot S. Leonis Papae ſermones. Verum de his ſatis.

Cariſſimum autem filium meum ſuſceptum veſtrum domnum Narſetem gloriae veſtrae commendo. Quem quidem ſcio, commendatum in omnibus habetis: ſed facere vos rogo quod facitis, ut dum peto quod fieri video, mercedi veſtrae me petendo ſubiungam. Praeterea Excellentiae veſtrae benedictionem, ea qua tranſmiſſa eſt caritate ſuſcepi. Unam vero anatem cum duobus parvulis anaticis pro veſtri amoris gratia tranſmittere praeſumſi, ut quoties ad reſpiciendum eam veſter oculus ducitur, memoria etiam mei inter occupationes tumultuſque cauſſarum, in animum veſtrum revocetur.

In ep. 44. lib. 4. Ind. 13., *ſeu in Synodo Romae habita a S. Gregorio Magno Tom. 2. Opp. pag.* 1288.

Regnante in perpetuum Domino noſtro Ieſu Chriſto, temporibus piiſſimi ac Sereniſſimi Dominorum Mauricii, et Tiberii, et Theodoſii Auguſtorum eiuſdem Domini, imperio Mauricii an. XIII. [*lege X.*], indict. XIII., quinto die menſis Iulii. Gregorius Papa coram Sanctiſſimo B.Petri corpore (*a*), cum Epiſcopis omnibus, ac Romanae Eccleſiae Presbyteris

(*a*) Supra retulimus fragmentum Synodi a B. Siricio Papa celebratae *ad S. Petri Apoſtoli reliquias*, ideſt in baſilica Vaticana ante corpus Principis Apoſtolorum. Id moris inſecutis quoque temporibus obtinuit, ut quae Romae habenda erant Concilia, in templo D. Petri ante eius inſigne ſacrarium plerumque cogerentur. *Quoniam* (uti aiebat S. Leo Magnus ad univerſos Epiſcopos per Siciliam conſtitutos, de Conciliis coram B. Apoſtolo Petro celebrandis) *adiuvante gratia Dei facilius poterit provideri, ut in Eccleſia Chriſti nulla ſcandala, nulli naſcantur errores, cum coram beatiſſimo Apoſtolo Petro id ſemper in commune tractandum fuerit, ut omnia ipſius conſtituta, canonumque decreta apud omnes Domini Sacerdotes inviolata permaneant*. Neque Concilia ſolum coram Principe Apoſtolorum habebantur, ſed conſueverunt Romani Antiſtites quaecumque alia magni momenti negotia eſſent tractanda, illa exſecutioni mandare in Vaticana baſilica ad S. Petri ſepulcrum; ut ille, *qui in accepta fortitudine petrae perſeverans, ſuſcepta Eccleſiae gubernacula non reliquit*, & in quo *omnium paſtorum ſollicitudo cum commendatarum ſibi ovium cuſtodia perſeverat*, (verbis utor laudati S.Leonis ſerm.2.de anniv.ſuae ordinat.) ſua

teris reſidens, aſtantibus Diaconibus, et cuncto Clero, dixit: In Sancta Romana Eccleſia, cui divina diſpenſatio praeeſſe

ſua muniret auctoritate quod illi pro crediti muneris ratione, & ad Chriſtianae Reipublicae bonum ſanciebant. Hinc qui de aliquo patrato crimine ſuſpecti erant, iusiurandum de ſuae conſcientiae puritate apud S. Petri Confeſſionem dare compellebantur. Gregorius Magnus ep. 23. lib. 2. memorat Leonem Epiſcopum, qui *ad B. Petri ſacratiſſimum corpus* ab obiectis criminibus ſe purgavit; & ep. 18. lib. 7. ait Martinum Diaconum & Abbatem *ad ſacratiſſimum corpus B. Petri Apoſtolorum Principis* canonice purgatum, loco ſuo & ordini ſe reſtituiſſe. Idem ep. 8. lib. 11. Brunichildi Francorum Reginae refert de Menna Toloſano Epiſcopo, *qui inſuper ad ſacratiſſimum corpus B. Petri Apoſtoli ſub iureiurando ſatisfaciens, ab his, quae obiecta eius opinioni fuerant, ſe demonſtravit alienum*. Ipſi Romani Pontifices noviter electi *ſuper ſanctum corpus, & altare* D. Petri corporali iureiurando, uti legitur in libro Diurno RR. PP. tit. 10., fidei profeſſionem emittebant, quam eodem libro teſtante tit. 22. & 23., pariter praeſtabant electi Epiſcopi *beato Petro Apoſtolorum Principi, vicarioque tuo beatiſſimo Papae Domno Ill.* (hac nota utebantur veteres ad indicandum proprii nominis locum, uti nunc N. N. poni ſolitum eſt) *ſucceſſoribuſque eius per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum*. Rectores quoque Patrimoniorum ſanctae Romanae Eccleſiae *ante ſacratiſſimum B. Petri Apoſtoli corpus* poteſtatem adminiſtrationis huiuſce accipiebant, uti Gregorius Magnus memorat in ep. 72. lib. 1. ad Petrum Subdiaconum Rectorem Patrimonii Siciliae. Sed & Imperatorum litteras *in ſancta Eccleſia repoſitas in limine Confeſſionis ſancti & glorioſi, ac Principis Apoſtolorum Petri*, indigitat Gregorius II. in ep. ad Leonem Iſauricum apud Baron. in calce ad an. 726. Imo memoratas Romanorum Pontificum, aliorumque Epiſcoporum Fidei profeſſiones in eadem Confeſſione deponi conſueviſſe citatus Diurnus liber declarat. Haec nimirum habebatur veluti Romanae fidei arca, in qua nihil niſi fidei conſonum reponi liceret. Quam enim Felix Ravennae Archiepiſcopus miſerat non legitimam fidei profeſſionem, a Pontifice *in ſacratiſſima Confeſſione beati Petri Apoſtoli* poſitam, eam paucos poſt dies quaſi igne combuſtam humi repertam fuiſſe teſtatur liber Pontificalis in vita Conſtantini Papae Tom. 2. pag. 2. Ad hanc ipſam Confeſſionem, ſeu *ante corpus Apoſtoli*, uti habet liber mox citatus pag. 34. Luitprandus Langobardorum Rex, a Gregorio

Digitized by Google

eſſe me voluit, dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, ut quidam ad ſacri altaris miniſterium Cantores eligantur, et in Diaconatus ordine conſtituti modulationi vocis inſerviant, quos ad praedicationis officium eleemoſynarumque ſtudium vacare congruebat. Unde fit plerumque, et ad ſacrum miniſterium, dum blanda vox quaeritur, quaeri congrua vita negligatur, et cantor miniſter Deum moribus ſtimulet, cum populum vocibus delectat &c.

In

gorio II. R. P. crucis potentia iam armis exſutus, poſuit *mantum, armillauſiam, balteum, ſpatham, atque enſem deauratos, nec non coronam auream & crucem argenteam;* & eodem libro teſtante pag. 119., Fulradus Abbas monaſterii S. Dionyſii Pippini Francorum Regis miſſus tum exemplar donationis, quam idem Rex Stephano III. R. P. fecit in *Cariſiaco*, palatio ſeu villa Regia in dioeceſi Sueſſionienſi ad Iſaram fluvium, tum claves civitatum depoſuit, quas Aiſtulphus Langobardorum Rex Romanae Eccleſiae reſtituerat: *Tunc ipſas claves tam Ravennatium urbis, quamque diverſarum ipſius Ravennatium Exarchatus, una cum ſupraſcripta donatione de eis, a ſuo Rege emiſſa, in Confeſſione beati Petri ponens, eidem Dcl Apoſtolo, & eius Vicario ſanctiſſimo Papae, atque omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus perenniter poſſidendas atque diſponendas tradidit.* Tandem, ut mittam cetera magni momenti negocia ad corpus S. Petri ſolemniter expleta, Carolus Magnus, Pippinum patrem imitatus, eamdem donationem confirmavit auxitque Romano Pontifici Hadriano I., *apparem vero* (ita ſaepe citatus liber Pontificalis pag. 192.) *ipſius donationis per eumdem Etherium adſcribi faciens .... intus ſuper corpus beati Petri, ſubtus evangelia, quae ibidem continentur & oſculantur, pro firmiſſima cautela & aeterna nominis ſui, ac Regni Francorum memoria, propriis ſuis manibus poſuit.* Mira fuit huius Chriſtianiſſimi Principis devotio ac reverentia erga Apoſtolorum Principem, eiuſque baſilicam: *Colebat* (inquit Eginhardus in eius vita cap. 8. apud Bolland., 28. Ian.) *prae ceteris ſacris & venerabilibus locis apud Romam Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, in cuius donaria magna vis pecuniae, tam in auro quam in argento, nec non & gemmis ab illo congeſta eſt; multa & innumera Pontificibus miſſa. Nec ille toto regni ſui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut urbs Roma ſua opera, ſuoque labore veteri polleret auctoritate, & Eccleſia S. Petri, non ſolum per illum tuta ac defenſa, ſed etiam ſuis opibus prae omnibus Eccleſiis eſſet ornata atque ditata. Quam cum tanti penderet, tamen intra XLVII. annorum quibus regnaverat ſpatium, quater tantum illo, votorum ſolvendorum, ac ſupplicandi cauſſa, profectus eſt.*

In ep. 26. lib. 7. Ind. 15. Tom. 2. Opp. pag. 870.

Gregorius Theoctiſtae Patriciae.

Quod in tanto tumultu cauſſarum veſtra Excellentia poſita, ſacri verbi ubertate plena eſt, atque ad aeterna inceſſanter gaudia ſuſpirat, magnas omnipotenti Deo gratias ago, quia hoc in vobis impletum eſſe video, quod de electis patribus ſcriptum eſt: *Filii autem Iſrael ambulaverunt per ſiccum per medium mare*. At contra. Ego veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me &c. Praeterea triginta auri libras dilectus filius meus Sabinianus Diaconus ab Excellentia veſtra tranſmiſſas in redemptionem captivorum dandas, atque pauperibus erogandas detulit, de quibus gaudeo, ſed mihi pertimeſco: quia apud tremendum Iudicem non ſolum de ſancti Petri Apoſtolorum Principis ſubſtantia, ſed etiam de veſtris rebus rationem redditurus vado. Vobis autem omnipotens Deus pro terrenis caeleſtia, pro temporalibus aeterna reſtituat. Indico vero quia ex Crotonenſi civitate, quae ſuper Adriaticum mare in terra Italiae poſita, tranſacto anno a Langobardis capta eſt, multi viri ac multae mulieres nobiles in praedam ductae ſunt, & filii a parentibus, parentes a filiis, & coniuges a coniugibus diviſi, ex quibus aliqui iam redempti ſunt. Sed quia gravia pretia eis dicunt (*a*), multi apud nefandiſſimos

(*a*) S. Gregorius Langobardorum vitio, criminique merito tribuebat, quod hoſtes bello captos, quamquam Chriſtianos, praedae loco haberent, nec niſi accepto pretio, libertate donarent. At haec inter Langobardos tunc audiebantur, quum amplificandi Beneventani Ducatus paucis ante annis inſtituti recens ſtudium, eiuſque gentis nondum ad mores humaniores condocefacta barbaries, ius belli ex patriis magis inſtitutis, quam ex Chriſtiana lege exercebant; quibus etiam non ſolum ab aliis Chriſtianis populis, ac Graecis praeſertim, verum etiam a finitimis Neapolitanis, ſimilia patrare conſuetis, exempla non deerant. Id liquet ex eiuſdem Gregorii ep. 35. lib. 6. ad Anthemium Romanae Eccleſiae Subdiaconum Neapoli conſtitutum, cui ad redemptionem captivorum tum liberorum, tum ſervorum pecuniam mittens, mandat, ut in ea re diligentiſſime ſe gerat. Leve autem id crimen reputaveris, quo Chri-

ſimos Langobardos hactenus remanſerunt. Mox autem medietatem pecuniae, quam tranſmiſiſtis, in eorum redemptionem tranſmiſi. De medietate vero ancillis Dei, quas vos Graeca lingua monaſtrias dicitis, lectiſternia emere diſpoſui, quia in lectis ſuis gravi nuditate in huius hiemis vehementiſſimo frigore laborant: quae in hac urbe multae ſunt. Nam iuxta notitiam, qua diſpenſantur, tria millia reperiuntur (*a*). Et quidem

Chriſtianis hoſtibus bello captis, ſervatiſque libertas pretio redimenda eſſet: Gravius vero *Plagium*, quo quis hominem ingenuum, libertinumve celaverit invitum, aut vinctum habuerit, vendiderit, emeritve dolo malo; quod crimen antiquiſſimum a Divina lege Exod. 21. v. 16., Deuteron. 24. v. 7. capitali poena mulctatum, & a Romana poſtmodum nummaria poena lege Fabia de Plagiariis, & capitis lege VII. Diocletiani ad Maximum Praefectum Urbis, apud eoſdem Langobardos adeo frequens erat, ut Arichis Beneventanorum Princeps aeque ſapiens ac doctus, lata lege cohibendum ita cenſuerit: *Divinae Legis auctoritas communans* (leg. *comminans*) *teſtatur: ſi quis in captivitatem duxerit, in captivitatem vadat. Hactenus adeo haec patria crudelis limine perviciem* (leg. *crudelem nimis perniciem*) *perpetitur, ut etiam tranſmarinis paganitatis gentibus eius habitatores indifferenter vendant. Propterea praeſenti iudicio ſententiam damus, ut ſi quis hominem furtiva arte, vel quolibet modo extra provinciam vendiderit, ſic eum componat, ſicut is qui infra* (ideſt *intra provinciam*) *venundat; ita tamen, ut venditoris perſona ultra mare venundetur: ſi vero pauperrimus fuit, nihil habens, unde compoſitionem procedat, quod ſupereſt, perſona eius, ut ſupra, trans mare, venalis vadat*. Prudens legislator *talionis* poenam ſequi maluit, quam capitis, ſibi ſtatuens illa ſpeciatim iuxta litteralem ſenſum exſequenda, quae in Apocalypſeos cap. 13. v. 10. leguntur: *Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadat*.

(*a*) Conſueverunt Romani Antiſtites habere penes ſe pauperum cenſum, ut eorum indigentiis facilius providerent. Laudabilem hunc morem viguiſſe a ſaeculo uſque tertio conſtat ex iis, quae S. Cornelius Papa in epiſt. ad Fabium Epiſcopum Antiochenum anno circiter 252. data, apud Couſtantium epiſt. RR. PP. pag. 150. (quae tota de Novatiani ingenio ac moribus eſt) de caritate meminit Romanae Eccleſiae: *Ergo ille* (Novatianus) *Evangelii vindex ignorabat, unum Epiſcopum eſſe oportere in Eccleſia Catholica. In qua tamen ſciebat* (*quomodo enim illud neſcire potuiſſet*) *Presbyteros quidem eſſe ſex, & quadraginta, ſeptem autem Dia-*

Digitized by Google

dem de ſancti Petri Apoſtolorum Principis rebus octoginta annuas libras accipiunt. Sed ad tantam multitudinem iſta quid ſunt, maxime in hac urbe, ubi omnia gravi pretio emuntur? Harum vero talis vita eſt, atque in tantum lacrimis & abſtinentia diſtricta, ut credamus quia ſi ipſae non eſſent, nullus noſtrum iam per tot annos in loco hoc ſubſiſtere inter Langobardorum gladios potuiſſet. Praeterea benedictionem ſancti Petri Apoſtoli clavem a ſacratiſſimo eius corpore (*a*) tranſmiſi, de qua

Diaconos, *totidemque Subdiaconos*; *Acolythos duos*, *& quadraginta*, *Exorciſtas & Lectores cum Oſtiariis quinquaginta duos*, *viduas cum Thlibomenis* (paupertatis ſcilicet afflictionem perferentibus; a v. θλίβομαι afflictionem patior: Hic autem non abs re *pauperes* Ruffinus vertit l. 6. c. 33.) *plus* MD., *quibus univerſis gratia*, *& benignitas Dei alimenta ſuppeditat*. Atque hic obiter notandum occurrit, hoc plane certiſſimum omnium & antiquiſſimum exſtare monumentum, quod de gradibus Clericorum in Latina Eccleſia faciat mentionem.

(*a*) In aliis epiſtolis Magni Gregorii eiuſmodi clavium, quae claudebant, & reſerabant Confeſſionem S. Petri, eius ſcilicet ſepulcrum, frequentiſſima occurrit mentio, potiſſimum vero in lib. 1. ep. 30. ad Andream illuſtrem, & ep. 31. ad Iohannem Exconſulem, atque Patricium, & Quaeſtorem; in lib. 7. ep. 28. ad Theodorum Medicum Imperatoris; in lib. 8. ep. 35. ad Leontium Exconſulem; in lib. 9. ep. 122. ad Recharedum Wiſigothorum Regem; in lib. 11. ep. 14. ad Aſclepiodorum; denique in lib. 12. ep. 7. ad Savinellam. Cuiuſnam formae eſſent hae claves, quas fideles pro loci religione ſumebant, & Romani Pontifices pro ſacro munere largiebantur, videri poteſt in Tom. 5. Iun. Act. SS. Bolland. pag. 453. Antuerpiae 1709. Vetus haec erat devotio: *Multi & claves aureas* (ita Gregorius Turonenſis loco ſupra citato) *ad reſerandos cancellos beati ſepulcri faciunt*: *qui ferentes*, *pro benedictione priores accipiunt*, *quibus infirmitati tribulatorum medeantur*. Has claves an. 741. ſolemni legatione Gregorium III. R. P. Carolo Martello miſiſſe conſtat: *Eo enim tempore* (ait Anonymus Auſtraſius, qui iuſſu Childebrandi Comitis avunculi Regis Pippini continuavit Chronicon Fredegarii Scholaſtici, Part. 3. cap. 110. ap. Ruinart. in edit. Opp. Gregor. Turon. pag. 680. Pariſiis 1699.) *bis a Romana Sede S. Petri Apoſtoli beatus Papa Gregorius claves venerandi ſepulcri*, *cum vinculis* (id eſt cum ramentis vinculorum) *S. Petri & muneribus magnis & infinitis*, *legationem*, *quod antea nullis auditis*, *aut viſis temporibus fuit*, *memorato Principi*

qua videlicet clavi hoc eſt geſtum quod narro miraculum. Dum eam quidam Langobardus civitatem ingreſſus in Tranſpadanis partibus inveniſſet, quia ſancti Petri clavis eſſet de-

cipi deſtinavit. Mitto, ne longus ſim, alia exempla clavium Confeſſionis S. Petri, quas Romani Antiſtites Regibus, Principibus, ceteriſque illuſtribus viris de Dei Eccleſia bene meritis dono dederunt. Atque hic notandum eſt quod in his clavibus frequenter ramenta ſacrorum vinculorum, ſeu catenarum D. Petri includebantur, & quandoque ſimul etiam de vinculis S. Pauli, ut habet Beda lib. 3. cap. 29. Hiſt. Anglor. loquens de aurea clavi, quam Vitalianus Pontifex miſit ad coniugem Oſwii Northanhumbrorum Regis. Num autem aurea illa clavis, quam Gregorius a ſacratiſſimo Petri corpore ſumptam Theoctiſtae Patriciae miſit, huiuſmodi ramenta contineret, ipſe Gregorius haud memorat; neque de his ramentis mentionem facit in ep. 28. lib. 1. ad Anaſtaſium Patriarcham Antiochenum: *Amatoris autem veſtri B. Petri Apoſtoli vobis claves tranſmiſi, quae ſuper aegros poſitae multis ſolent miraculis coruſcare*. In aliis tamen litteris ſupra citatis *benedictionem de catenis*, ſeu *ferrum de catenis* S. Petri in clavibus, quas mittebat, inſertum indigitat. *Praeterea* (ſic Andreae illuſtri) *ſacratiſſimam clavem a S. Petri Apoſtoli corpore vobis tranſmiſi, quae ſuper aegros multis ſolet miraculis coruſcare; nam etiam de eius catenis interius habetur. Eaedem igitur catenae, quae illa ſancta colla tenuerunt, ſuſpenſae colla veſtra ſanctificent*. Et in ep. 6. lib. 6. ad Childebertum Francorum Regem: *Claves praeterea S. Petri, in quibus de vinculis catenarum eius incluſum eſt, excellentiae veſtrae direximus, quae collo veſtro ſuſpenſae a malis vos omnibus tueantur*. Ex quibus verbis morem fuiſſe diſcimus has claves collo ſuſpenſas geſtandi, ut Apoſtoli muniti praeſidio a malis imminentibus tuti eſſent, quemadmodum, teſte Chryſoſtomo Homil. 19 ad Antiochenos, pari religione Chriſtiani aliquam Evangelii partem, quae ſibi praeſidio eſſet, collo ſuſpenſam geſtare ſolebant. Hinc Magnus Gregorius Theodoro Medico Imperatoris aiebat, quod ſicut ferrum de catenis clauſum in clavi, quam a ſacratiſſimo Petri corpore ſumptam ei mittebat, Apoſtoli collum ligavit ad martyrium, ita fore ut illum a peccati vinculis ſolveret. Finem adnotationi imponat vetus inſcriptio apud Gruterum pag. 1175. n. 10.

SOLVE IVVANTE DEO TERRARVM PETRE CATENAS
QVI FACIS VT PATEANT CAELESTIA REGNA BEATIS
IPSE TVA PETRE DIRVMPI VINCVLA IVSSIT
QVI TE CONSTITVIT MVNDANOS SOLVERE NEXVS.

ſpiciens: ſed pro eo quod eam auream vidit, facere ſibi ex illa aliquid aliud volens, eduxit cultellum ut ea incideret. Qui mox cultellum, cum quo eam per partes mittere voluit, arreptus per ſpiritum, ſibi in gutture defixit, eademque hora extinctus cecidit. Et dum illic Rex Langobardorum Autharith atque alii multi eius homines adeſſent, & is, qui ſe percuſſerat, ſeorſum mortuus, clavis vero haec ſeorſum iaceret in terra, factus eſt homnibus vehementiſſimus timor, ut eamdem clavem de terra levare nullus praeſumeret. Tum quidam Langobardus catholicus, qui ſciebatur orationi & eleemoſynis deditus, Minulfus nomine, vocatus eſt, atque ipſe hanc levavit de terra. Autharith vero pro eodem miraculo aliam clavem auream fecit, atque cum ea pariter ad ſanctae memoriae deceſſorem meum tranſmiſit, indicans quale per eum miraculum contigiſſet. Ipſam ergo veſtrae Excellentiae tranſmittere ſtudui, per quam omnipotens Deus ſuperbientem & perfidum hominem peremit; ut per eam vos qui eum timetis & diligitis, & praeſentem ſalutem, & aeternam habere valeatis.

Iohannes Moſchus, claruit ſub initio ſaeculi VII. In Prato ſpirituali, quod Sophronio diſcipulo dedicavit, ſeu Vitis PP. lib. 10. *cap.* 151. *pag.* 901. *edit. Heriberti Roſuveidi Antuerpiae* 1615.

Relatio Abbatis Iohannis Perſae de beatiſſimo Gregorio Romanae urbis Epiſcopo.

Perreximus ad Abbatem Iohannem Perſam, narravitque nobis de magno Gregorio beatiſſimo Romanae urbis Epiſcopo dicens: Cum iviſſem Romam, ut adorarem ad ſepulcrum ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſtaremque die quadam in medio civitatis, audio Papam Gregorium per locum illum tranſiturum; cogitavi itaque adorare illum. Cum autem prope me eſſet Papa, videretque me progredi ut adorarem illum [loquor Deo teſte, fratres] primus ipſe proſtravit ſe humi coram me, neque ante ſurrexit, quam me primo ſurrexiſſe cerneret. Et cum multa humilitate ſalutans me, manu ſua tria numiſ-

numiſmata tradidit , iubens mihi dare quaecumque erant neceſſaria (*a*) . Glorificavi itaque Deum , quod tantam illi

(*a*) Morem hunc Romanae Eccleſiae advenas peregrinoſque ſingulari affectu excipiendi , piaque liberalitate fovendi iam uſque ab Apoſtolorum temporibus receptum teſtatur Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus in eius epiſtola ad Romanos ſcripta temporibus Soteris Papae : *Tum fratres*, inquit , *peregre advenientes , tanquam liberos ſuos , pater amantiſſimus beatis ſermonibus conſolando* . Eumdem morem Diocletiani perſecutione perſtitiſſe affirmat Euſebius lib. 4. cap. 23. Hiſt. Eccl. , atque deinde ad noſtra uſque tempora religioſe ſervatum , nova & vetera docent monumenta . Hinc ab Ennodio ep. 32. lib 8. Romanus Pontifex *parens omnium orbatorum & peregrinorum* appellatur , ubi etiam Symmacho , qui S. Petri Sedem aſcendit an. 498. , ſcribens, addit ; *unica via eſt* , *Apoſtolatus veſtri ſolatium* , *quae medetur externis . Abſit afflictos dicere , quos ad vos contigerit perveniſſe : creatoris patriam , opes , alibi non requirunt , quos coronae veſtrae cura ſuſceperit* . Et de Symmacho liber Pontificalis haec habet Tom. 1. pag. 179. *Fecit quoque ad B. Petrum , & B. Paulum Apoſtolos , & ad S. Laurentium martyrem pauperibus habitacula* . Saeculum VI. plura exempla ſuppeditat , ſed inſtar omnium ſufficiat , Sancti Gregorii Magni ſumma erga peregrinos & egentes liberalitas . Ad VII. ſpectat illuſtre teſtimonium veteris auctoris de exſilio S. Martini I. Papae apud Labbeum Tom. 6. Concil. , & apud Baron. an. 645. num. 16. Cum enim vir ſanctiſſimus interrogatus fuiſſet a Demoſthene Sacellario Conſtantinopolitano , quomodo Pyrrhus Romae a Theodoro Pontifice habitus fuerit , quaſi admiratus reſpondit : *Eodem Pyrrho veniente Romam ſponte ſua ad veſtigia B. Petri , quomodo non haberet eum ſuſcipere* praeceſſor meus , *& honorare utpote Epiſcopum*? Poſtea ſubdit: *Vos Domini mei neſcitis Eccleſiam Romanam? Dico enim vobis, quia quiſquis venit illuc miſerabilis homo hoſpitari , omnia ad uſum praebentur ei , & nullum immunem ſuis donis S. Petrus repellit venientium illuc ; ſed panis mundiſſimus , & vina diverſa dantur non ſolum ei , ſed hominibus ei pertinentibus . Si ergo in miſerabilibus hominibus haec fiunt , qui venit honorabilis ſicut Epiſcopus , quales ſumptus habet ſuſcipere?* Alia exempla ſuppeditat liber Pontificalis pro ſaeculo VIII. & praeſertim Tom. 2. pag. 83. de Zacharia Pontifice : *Hic beatiſſimus Papa ſtatuit , crebris diebus alimentorum ſumptus , qui & eleemoſyna uſque nunc appellantur , de venerabili Patriarchio a paracellariis* (id eſt , palatii Pontificii diſpenſatoribus) *pauperibus & peregrinis , qui ad B. Petrum morantur, deportari, eiſque erogari* :

Digitized by Google

contulerat humilitatem , & miſericordiam , & caritatem ad omnes .

Licinianus Epiſcopus Carthaginis Spartariae , *hodie* Carthagena , *in Hiſpania Tarraconenſi* , *claruit in fine huius ſaeculi* . *In epiſt.* 2. *ad Vincentium Epiſcopum Eboſitanae Inſulae* , *nunc vulgo* Iviça , *contra eos* , *qui credebant epiſtolas de caelo cecidiſſe in memoriam S. Petri Romae* , *apud Card. Ioſeph. Saenz de Aguirre in Collect. Concilior. Hiſpan. Tom.* 2. *pag.* 428. *Romae* 1694.

Inter

ri : nec non ut omnibus & impuberibus & infirmis, per univerſas regiones ipſius Romanae urbis conſtitutis , curioſe diſtribuerentur . Et de Stephano III. pag. 88. *Foris muros quoque huius civitatis Romanae ſecus baſilicam B. Petri Apoſtoli duo fecit Xenodochia , in quibus & plura contulit dona* . Erant Xenodochia advenorum & peregrinorum hoſpitia . Hoc eodem ſaeculo Hadrianus I. obtulit *domum cultam* , praedium ſcilicet ruſticum , *Capracorum*, nunc *Caprarola* , *in territorio Vegetano* , ſeu *Veietano* , quam ex hereditaria parentum ſuorum ſucceſſione poſſidebat , una cum *maſſis* , *fundis* , *caſalibus* , *vineis* , *olivetis* , *aquimolis & omnibus ei pertinentibus* . . . . *in uſum fratrum noſtrorum Chriſti pauperum* , ſtatuens , uti habet citatus liber Pontificalis pag 202. quod *triticum & hordeum* , *quod annue in locis eiuſdem domocultae natum fuerit, diligenter in horreum ſanctae noſtrae Eccleſiae deferatur* , *& ſequeſtratim reponatur* . *Vinum vero* , *ſeu diverſa legumina* , *quae in praediis ac locis ipſius antefatae domocultae annue nata fuerint* , *ſimili modo curioſe in paracellario* (ſcilicet penu , vulgo *diſpenſa*) *praenominatae ſanctae noſtrae Eccleſiae deducantur* , *& ſeparatim reponantur* . *Sed & porcos* , *qui annue in caſalibus ſaepius dictae domocultae inglandati fuerint, capita centum exinde occidantur* , *& in eodem paracellario reponantur; decernens eius ter beatitudo atque promulgans ſub validiſſimis obligationum interdictionibus* , *ut omni die centum fratres noſtri Chriſti pauperes* , *etiam ſi plures fuerint* , *aggregentur in Lateranenſi Patriarchio* , *& conſtituantur in partim* , *quae eſt iuxta ſcalam* , *quae aſcendit in Patriarchium* : *ubi & ipſi pauperes depicti ſunt* : *& quinquaginta panes penſantes per unumquemque panem libras duas* , *ſimulque & decimatae vini duae penſantes per unamquamque decimatam libras LX.*, *& caldaria plena pulmento erogentur omni die per manus unius fideliſſimi paracellarii eiſdem pauperibus ; accipiens unuſquiſque eorum portionem panis atque portionem vini, id eſt cuppam capientem calices duos* , *nec non & carnem de pulmento &c.* Mitto cetera inſequentium ſaeculorum Romanae Eccleſiae piae largitatis exempla erga peregrinos , quae innumera cum ſint , non eſt huius loci ſingula deſcribere , praeſertim cum ad rem noſtram allata ſufficiant .

Digitized by Google

Inter varias tribulationum anguſtias non nos piguit, cogente caritate Chriſti, haec qualiacumque ſunt, ad ſanctitatem veſtram verba dirigere, inſinuantes accepiſſe nos litteras tuas, & de veſtrae ſoſpitatis bono gaviſos. Sed in id non minime contriſtati ſumus, quod litteras cuiuſdam, quas ad nos direxiſtis, ſicut tuae indicant litterae, ſuſceperis, & de tribunali populis eas feceris adnunciari. Ego enim mox a te transmiſſas accepi, in praeſentia ipſis perlatoris exordium litterarum ipſarum legens, & non patienter ferens, nec dignum ducens naenias ipſas perlegere, ſtatim ſcidi, & eas in terram preieci, admirans quod his credulus fueris, & poſt Prophetarum vaticinia, & Chriſti Evangelia, Apoſtolorumque eius Epiſtolas, neſcio cuius hominis litteras ſub nomine Chriſti factas, eius eſſe credideris; ubi nec ſermo elegans, nec doctrina ſana poterit reperiri. In principio ipſius epiſtolae legimus, ut dies Dominicus colatur. Quis enim Chriſtianus, non propter ipſum diem, ſed propter Reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, eo quod in ipſo a mortuis reſurrexit, reverendiſſimum non habeat? Sed, quantum ſentio, ideo novus iſte praedicator hoc dicit, ut nos iudaizare compellat, ut nullus ſibi in eodem die neceſſaria victus praeparet, aut viam ambulet. Sed hoc quam peſſimum ſit, ſanctitas tua perpendat. Utinam populus Chriſtianus ſi die ipſo Eccleſiam non frequentat, aliquod operis faceret, & non ſaltaret. Meliuſque erat viro hortum facere, iter agere, mulieri colum tenere (a), & non, ut dicitur, ballare, ſaltare, & membra a Deo bene condita ſaltando male torquere, & ad excitandam libidinem nugatoribus cantionibus proclamare. Abſit ergo a ſanctitate tua hoc credere, ut epiſtolae nunc no-

(a) Concinit S. Benedictus, qui hoc eodem ſaeculo VI. floruit, obiitque circa an. 543., in cap. 48. eius Regulae, quod eſt de opere manuum quotidiano: *Dominico die*, inquit, *lectioni vacent omnes, exceptis his, qui variis officiis deputati ſunt. Si quis vero ita negligens & deſidioſus fuerit, ut non velit, aut non poſſit meditari, aut legere; iniungatur ei opus quod faciat, ut non vacet.*

nobis mittantur a Chriſto. Sufficiat enim quod loquutus eſt in Prophetis per ſe ipſum, & per ſuos Apoſtolos. Nam & his non litteras tranſmittebat e caelo, ſed Spiritu Sancto eorum corda replebat. Exceptis enim decem praeceptis, quae in tabulis lapideis mirabiliter data ſunt, ad nullum Prophetarum, aut Apoſtolorum epiſtolae miſſae ſunt de caelo. Non igitur credas quae numquam facta leguntur: quae etſi facta eſſent, poſt praedicationem Evangelii iam neceſſaria non ſunt. Et ſi forte ipſum nomen novum te delectavit; quia ipſa epiſtola, ſicut ſimulator ſcripſit, de caelo deſcendit ſuper altare Chriſti in memoria S. Petri Apoſtoli (*a*); ſcito diaboli eſſe figmentum, & omnem ſcripturam divi-

(*a*) Alii venditabant epiſtolam hanc primum delapſam in Hieruſalem, uti referunt Acta Concilii a Zacharia Papa celebrati an. 745. apud Labb. Tom. 8. Concil. pag. 303.: *In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperante domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Magno Imperatore anno XXVI. poſt Conſulatum eius anno V. menſe Octobris, die XXV. indictione XIV. praeſidente ſanctiſſimo ac beatiſſimo Zacharia Papa in patriarchio Lateranenſi, in baſilica, quae appellatur Theodori: conſidentibus etiam cum eo ſanctiſſimis Epiſcopis Epiphanio Silvae candidae, Benedicto Nomento, Venantio Praeneſte, Gregorio Portuenſe, Niceta Gabiis, Theodoro Oſtienſe, Gratioſo Velitris .... Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Si quid adhuc habet Deneardus religioſus Presbyter nobis porrigere relegendum porrigat. Deneardus Presbyter religioſus reſpondit: Ecce domine epiſtolam, qua* (Aldebertus Epiſcopus Gallus) *utebatur, & divulgabat eam eſſe Ieſu, & de caelo cecidiſſe. Et accipiens Theophanius Notarius Regionarius & Sacellarius relegit, cuius initium tale eſt: In Dei nomine incipit epiſtola Domini noſtri Ieſu Chriſti Filii Dei, quae in Hieroſolyma cecidit, & per Michael Archangelum inventa eſt ad portam Ephrem, & per manus Sacerdotis Leorae epiſtola iſta relecta fuit, & exemplata: & tranſmiſit eam ad Hieremiam civitatem ad alium Sacerdotem nomine Talaſium; & ipſe Talaſius tranſmiſit eamdem ad Arabiam civitatem, ad alium Sacerdotem Leobanium; & ipſe Leobanius tranſmiſit epiſtolam iſtam ad Vetfaviam civitatem quam recepit Macherius Sacerdos Dei, & tranſmiſit in montem ſancti Michael Archangeli. Et ipſa epiſtola per manus Angeli Domini pervenit ad Romanam civitatem ad locum ſepulcri ſancti Petri, ubi claves regni caelorum conſtitutae ſunt: & duodecim papati, qui ſunt in Romana civitate, triduanas fecerunt vigilias & in ieiuniis & orationibus permanſerunt diebus ac noctibus: & cetera uſque ad finem perlecta. Zacharias ſanctiſſimus ac beatiſſimus Papa dixit: Pro certo, fratres cariſſimi, iſte Aldebertus in inſaniam eſt converſus, & omnes*

divinam, epiſtolam, aut epiſtolas eſſe caeleſtes,& ad nos de caelo fuiſſe tranſmiſſas. Emendet ergo quod temere credidit ſanctitas tua, & in praeſentia populi ipſam epiſtolam, ſi eſt penes te, reſcinde: & hoc te poeniteat quod de tribunali eam feceris recitari, beati Apoſtoli ſequens doctrinam, quod inter cetera ad Galatas ſcripſit: *Si quis evangelizaverit vobis praeter id quod accepiſtis, anathema ſit*. Sed & illud Evangelium omnis lex & Prophetae uſque ad Iohannem prophetaverunt. Deinceps ſi qua nova vel inuſitata divulgata fuerint; omnino abiicienda & deteſtanda ſanctitas tua noverit.

MONU-

omnes qui hac utuntur ſcelerata epiſtola, more parvulorum, abſque memoria mentium ſunt, & muliebribus ſenſibus inſaniunt &c. Ad hanc eamdem epiſtolam ſpectat tum Capitulare a Carolo Magno editum an. 789. apud Aquiſgranum, cuius haec verba ſunt in lib. 1. cap. 73. apud Srephanum Baluzium To. 1. Capitular. Reg. Francor. p. 715. Pariſiis 1677.: *Pſeudographae, & dubiae narrationes, vel quae omnino contra fidem Catholicam ſunt, ut epiſtola peſſima, & falſiſſima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes, quod de caelo cecidiſſet, nec credantur, nec legantur, ſed comburantur*. Tum ſancitum Synodi Diamperitanae celebratae ab Alexio Meneseſio Archiepiſcopo Goenſe an. 1599. act. 3. decr. 14. pag. 98. Romae 1745., quo inter libros apocryphos, Syriacos praeſertim, recenſet *epiſtolam appellatam* de Dominica, *quam fingunt caelo delapſam, in qua Eccleſiae Romanae filii, tamquam a vera religione transfugae, & diei Dominicae violatores traducuntur*. Temporis varietas horum monumentorum haud vetat quin de eadem epiſtola, diverſis tamen formulis & temporibus iactata, atque in lucem producta, haec explicari commode poſſint, praeſertim cum argumentum effictarum litterarum ſit idem, nempe de commendatione diei Dominicae. Baluzius in appendice Tom. 2. Capitular. Reg. Francor. n. 17. pag. 1396. formulam dedit huius epiſtolae e caelo demiſſae; tum aliam ex codice Eccleſiae Tudertinae noviſſime publicavit eruditiſſimus Iohannes Chriſtophorus Amadutius in vol. 1. Anecdot. Litterar. pag. 69. & ſeqq., quae cum *de ſeptimo trono* deciderit *in civitatem Gazize ubi ſcs Petrus Epyſcopatum accepit*, cumque de diei Dominicae obſervantia agat, ad apocrypham epiſtolam e caelo delapſam, cuius ſaeculo VII. & VIII. variae formulae in vulgus ſpargebantur, manifeſtum eſt pertinere. Ceterum de hac re videndus Ioh. Albertus Fabricius in Codice apocrypho novi Teſtamenti To. 1 n. 6 ubi de ſcriptis agit Chriſto tributis p. 309. Hamburgi 1719., & Maruſinus Veyſſiereius La-Crozius Tom. 3. ep. 13: Theſaur. Epiſtolic. La-Crozian. Lipſiae 1742.

MONUMENTA

SAECULI VII.

HOnorius I. R. P., electus an. 625. *In ep. ad Iohannem, Andream, Stephanum, & Donatum Epiſcopos per Epirum conſtitutos apud Lucam Holſtenium in Collect. veter. Hiſt. Eccleſ. monumentor. Part.* 1. *pag.* 248. *Romae* 1662.

Praeſentium latores iuxta eccleſiaſticam diſciplinam pallium nos Hypatio Nicopolitanae Eccleſiae Diacono, quem in ſacris ordinibus Epiſcopum ordinaſtis, petierunt votis ſupplicibus dirigendum. Et quia eius perſona pendula nos dubietate ſollicitat, ne fortaſſis in nece Soterici praefatae civitatis antiſtitis videatur eſſe commixta, praeſentium portitoribus quantum opinamur viſi ſumus reddidiſſe reſponſum; ut aſſumpto fatigio, cum praeſertim tempora pacis patiantur, in has Romanas partes venire deproperet;ut iusiurandum in Confeſſione B. Petri Apoſtoli praebeat, quod nullo dolo vel machinatione a ſe conſtructa, aut aliis haec machinantibus praebuit in his quoquo modo conſenſum: ut ab omni vitio dubietatis exempto poſſimus ſecundum eccleſiaſticum ordinem tribuere quod rogamur. Nam dum praedictus Sotericus de quibuſdam capitulis fuiſſet ſuſpectus, in hanc urbem deveniens ad B. Petrum Apoſtolorum Principem de conſcientiae ſuae puritate praebuit nihilominus iusiurandum. Data Idus Decembres, Indictione XIV.

Anonymus in vita S. Furſei monachi, quem Romae S. Martinum Papam, qui electus eſt an. 640., *tradunt conveniſſe, haec de eius Romano itinere narrat apud Bolland. ad diem* 16. *Ian. Tom.* 2. *pag.* 50. *Antuerpiae* 1644.

Beatus vero vir Furſeus coeptum exſequens iter, per offendicula Burgundiae, per pericula Italiae, per aſſaltus Paſſerellae, per fraudes Papiae, per perfidiam Sutriae, per inſidias

dias Carbonellae , gaudens & laetus ſine impedimento , per ſingulas civitatum eccleſias , viſitando ſancta ſanctorum , & exorans ea pro ſalute totius peccatoris populi, aduſque Montem gaudii perveniens aſtitit , & contemplans urbem , pluribus circumſtantibus peregrinis, ut mos eſt, ita inquit: o Roma triumphis Apoſtolorum ſuperexaltata, Martyrum roſis decorata, Confeſſorum liliis candidata, Virginum palmis dulcorata, meritis eorum roborata, quae tot & tanta contines ſancta ſanctorum corpora , eſto ſalutata , ut numquam ſuccumbat auctoritas tua, ſanctorum Patrum dignitate & ſapientia hactenus roborata ; qua corpus Chriſti , videlicet beata mater Eccleſia viget ſolidata . Sic locutus genua flexit, & per totam convallem illam aduſque gradus Eccleſiae S. Petri properavit: ibique tantillum , quod penes ſe habebat, viaticum pauperibus erogavit: ac iterum flexis genibus riganſque marmoreum, ut eſt, pavimentum rivulis lacrimarum, ad corpus uſque S. Petri pervenit: ibique multas orationum preces pro ſe & totius mundi ſalute effudit . Deinde circumeundo per Urbem ſingulas Eccleſias, oranſque aſſidue pro peccatore populo, ibidem multos dies fecit. His ita peractis, ſollicitus gregum, quorum curam Deus ſibi commiſerat, redire diſpoſuit: acceptaque ab Apoſtolico viro ſui ſuorumque abſolutionis benedictione, & multifario uſus in eo de utraque vita conſilio retro gradum poſuit.

Anonymus in vita S. Dadonis vel Audoeni , Epiſcopi Rothomagi in Normannia , Romanam eius peregrinationem an.675. quarto Adeodati Pontificis , ita deſcribit apud Bolland. ad diem 24. Auguſti Tom. 4. pag. 817. Antuerpiae 1739.

Poſt fundatam de hinc fidei Eccleſiam ; poſt fluenta doctrinae, poſt tot monachorum conſtructa monaſteria, poſt pacificatum totum Francorum imperium , urbem Romam, caput orbis, & Chriſtianae religionis, quam Apoſtolorum principes corporibus ornant, catervae martyrum oſſibus ſacris decorant,pontificante tunc temporis ſedem eiuſdem Eccleſiae

anno quarto Deodato Papa, adire tandem diſpoſuit. Cumque hoc longe, lateque fama vulgaret, undique conveniunt Religioſorum innumerae multitudines ad virum Dei; portantes auri, argentique pondera copioſa; obſecrantes, ut ad corpora ſanctorum Apoſtolorum & Martyrum, pro redemptione animarum ſuarum deferri iuberet; partim etiam pauperibus inibi ſuis ſacris manibus largiretur, eoſque orationibus ſuis Domino pariter commendaret. Multi etiam venerabiles viri, & Deo devoti, una cum illò ire gaudebant; inter quos erat ſanctus Sidonius, genere Scotus, aedificator monaſterii, quod nunc per metonymiam ſanctum Sidonium dicunt. Comitatus igitur Deo dilectus turba ſanctorum, nec non benedictionibus eleemoſynarum ornatus, ad limina ſanctorum Apoſtolorum hilaris (ut quondam vas electionis, cum benedictiones diverſarum Eccleſiarum in miniſterium ſanctorum Hieroſolymam deferret) pervenit. Proſternens autem ſe ſingulis memoriis Apoſtolorum, & Martyrum, vota ſupplicationis tam pro ſe, quam pro pace totius Eccleſiae Catholicae obtulit; lacrimas tamen magis, quam verba fudit. Ubicumque proſtratus in oratione iacebat, flumina lacrimarum pavimentum irrigabat: ubi denique ad Confeſſionem Petri Apoſtoli, cum hunc verſum inciperet; *Exſultabunt ſancti in gloria*, divinitus reſponſum eſt, *Laetabuntur in cubilibus ſuis*. Quis etenim eloqui poterit, cum quanta abundantia per Romanas Eccleſias, & Sanctorum memorias commiſſam ſibi diſtribuebat pecuniam. Cumulabantur altaria Sanctorum auro, & argento, replebantur paùperum manus. Gaudebat tota urbs, ſibi, qui in toto notus erat orbe, adveniſſe. Et (ut breviter concludam) ita in illius adventu, vel beneficio gratulabantur, ac ſi fundatores fidei ſuae corporaliter corporibus tuerentur obtutibus. Perfectis autem orationibus apud loca Sanctorum, diu deſideratis acceptis divinis reſponſis, cum multarum ſuffragiis reliquiarum, tandem venerabilis ſenex altiſſimis Alpium iugis tranſmiſſis, Galliarum remeavit ad ſolum.

Cead-

Ceadvvalla Rex occidentalium Saxonum Romam venit ad viſitandum corpus S. Petri, ibique baptizatur an. 689. uti narrat Ven. Beda in Hiſt. Eccleſ. gentis Anglor. lib. 5. cap. 7. pag. 393. Cantabrigiae 1643.

Anno autem Regni Aldfridi tertio, Ceadwalla Rex Occidentalium Saxonum, cum genti ſuæ duobus annis ſtrenuiſſime praeeſſet, relicto Imperio propter Dominum, Regnumque perpetuum, venit Romam. Hoc ſibi gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, ut ad limina beatorum Apoſtolorum fonte baptiſmatis ablueretur; in quo ſolo didicerat generi humano patere vitae caeleſtis introitum. Simul enim ſperans, quia mox baptizatus, carne ſolutus, ad aeterna gaudia iam mundus tranſiret. Quod utrumque ut mente diſpoſuerat, Domino adiuvante, completum eſt. Etenim illo perveniens, Pontificatum gerente Sergio, baptizatus eſt die ſancto Sabbati Paſchalis (anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo octuageſimo nono) & in albis adhuc poſitus (a), languore correptus, XII. Kal. Maiarum die ſolutus eſt a carne, & Beatorum eſt regno ſociatus in caelis. Cui etiam tempore baptiſmatis, Papa

 me-

(a) In Eccleſia Romana per hebdomadam poſt Paſcha, in aliis per tres aut plures dies alba veſtis a baptizatis deferebatur, quae poſtea cum ſolemnibus caeremoniis deponebatur. Rabanus Maurus de Inſtit. Cleric. lib. 2. cap. 39. loquens de ſeptem diebus occurrentibus uſque ad octavam Paſchae, eos vocat *ſeptem dies albas*, quia *in ſancta nocte baptizati albis per totam hebdomadam utuntur veſtibus*. Morem hunc antiquiſſimum eſſe teſtis eſt vetus inſcriptio ſepulcralis apud Raphaelem Fabrettum, Inſcript. antiq. pag. 577.

NATV SEVERI NOMINE PASCASIVS
DIES PASCALES PRID NOV APRIL N
DIE IOBIS FL. CONSTANTINO
ET RVFO VV CC CONSS. QVI VIXIT
ANNORVM VI. PERCEPIT
XI. KAL MAIAS ET ALBAS SVAS
OCTABAS PASCAE AD SEPVLCRVM
DEPOSVIT D IIII KAL. MAI. FL. BASILIO
VC. CO.....

Littera N in fine ſecundi verſus corrigit errorem NOV pro NON ideſt nonas Aprilis. Incertus auctor ſermonis in octava Paſchae, qui diu S. Auguſtinus eſt creditus, ait: *Paſchalis ſolemnitas hodierna feſtivitate concluditur, & ideo hodie Neophytorum habitus commutatur; ita*

memoratus Petri nomen impoſuerat; ut beatiſſimo Apoſtolorum Principi (ad cuius ſanctiſſimum Corpus a finibus terrae pio ductus amore venerat) etiam nominis ipſius conſortio iungeretur. Qui in eius quoque Eccleſia ſepultus eſt; & iubente Pontifice, epitaphium in eius monumento ſcriptum eſt (*a*) &c.

MONU-

ita tamen, ut candor, qui de habitu deponitur, ſemper in corde teneatur. Album colorem in laneis veſtibus adhibuiſſe Apoſtolos antiquorum fert opinio. Certe Hegeſippus apud Euſebium lib. 2. cap. 23. Hiſt. Eccleſ. tamquam inuſitatum prodit quod S. Iacobus Minor *non lanicio, ſed linea tantum veſte* uteretur; & falſus Abdias, antiquus tamen ſcriptor, lib. 8. Hiſt. Apoſtol. cap. 2. S. Bartholomaeum veſtitum *colobio albo*, & *pallio albo* indutum repraeſentat. Erat *colobium* tunica ſine manicis, aut cum manicis ad cubitum vix pertinentibus. Clemens Alexandrinus l. 2. Paedagogi cap. 10., & lib. 3. c. 11. albam veſtem, ut maxime decentem Chriſtianos, commendat. Quae in antiquis vitris, aliiſque veteribus monumentis conſpiciuntur Chriſti, Apoſtolorum, aliorumque Sanctorum imagines veſtibus colore vario indutae, oſtendunt non veritatem pictores retinuiſſe, ſed aetatis ſuae morem ſecutos eſſe. Herodes Chriſtum illuſit *indutum veſte alba*, ut eſt apud D. Lucam cap. 23. v. 11., nempe *ſplendida*, ut habet textus Graecus, quae non deceret hominem privatum, uti putabatur. Syrus autem interpres *coccineam* dicit, & viro diviti tribuit S. Iacobus in epiſtola Catholica cap. 2. v. 2.

(*a*) Sequitur apud Bedam epitaphium diſtichis XII. conſtans, ac deinde proſa oratione: *Hic depoſitus eſt Cedual, qui & Petrus, Rex Saxonum ſub die XXII. Cal. Mai. Ind. II. qui vixit annos p. m. XXX. imperante domino Iuſtiniano piiſsimo Auguſto anno eius Conſulatus IV. Pontificante Apoſtolico viro D. Sergio PP. anno II.* Pagius an. 688. Ceadwallam Romam veniſſe contendit, non autem an. 689.

MONUMENTA

SAECULI VIII.

IN vita S. Boniti, ſive Boni (Gallis vulgo S. Bon , *&* S. Bonet) *Epiſcopi Claromontani in Gallia ab Anonymo eius aequali deſcripta apud Bolland. ad diem* 15. *Ian. Tom.* 1. *pag.* 1074. *Antuerpiae* 1643.

Poſt haec Romam cum magna alacritate perrexit , ibique ſanctorum excubias Apoſtolorum, atque ſanctorum circumquaque Martyrum loca percurrens , eorum ſibi patrocinium atque ſuffragium ſupplici atque inaeſtimabili devotione popoſcit . Captivos exinde redimendo non modicam ſecum turbam reduxit . Cur vir Dei regrediens Roma Cluſinam Tuſcorum perveniſſet in urbem , mulier quaedam caeca ab eius miniſtris petiit, ut aquam ex manibus Sacerdotis pro remedio unde oculos ſibi ablueret largirentur ..... Cumque poſt haec eum infirmantium turba ubique proſequeretur , ſed ille iactantiae vitium cavens ubicumque potuiſſet , ſemetipſum hoſpitiolo tradebat , & infirmos ex oleo , quod ex B.Petri ſepulcro pro benedictione levari iuſſerat (*a*), ungi praecipiebat : moxque ſanitatis gaudio incommodi percepto , Deum,

(*a*) Ampullas oleo plenas ex lampadibus ad Sanctorum ſepulcra ardentibus olim efferri ſolitas fuiſſe , & ſanitatem multis attuliſſe , auctor eſt in primis Gregorius Turonenſis, lib.8. Hiſt.Franc. cap. 15. , lib. de Gloria Confeſſ. cap. 9. , & alibi . Paulus Diaconus lib. 11. de geſtis Langobardorum cap. 13. ſcribit de Venantio Honorio Fortunato , eiuſque ſocio Felice , qui cum oculis male affecti eſſent , Ravennae in baſilica SS. Pauli , & Iohannis , accepto e lampade , quae ad S. Martini altare ardebat , oleo , & oculis admoto , illico ſanati ſunt. Celebris eſt *notitia de olea ſanctorum Martyrum , qui Romae in corpore requieſcunt* , index videlicet oleorum ſacrorum quae Gregorius Magnus ex lampadibus , quae ad eorum ſepulcra ardebant , miſit ad Theodelindam Langobardorum Reginam . Vid. Murator. Anecd. Tom. 2. pag. 191.

Deum, ad propria remeantes, iure debito collaudabant. O beatum commercium, quod vir egerat ſanctus! Dedit terrena, accepit caeleſtia: pauper divitiis, ſed dives virtutibus fuit.

In Concilio Romano adverſus illicita coniugia habito a Gregorio II. nonis Aprilis an. 721., *cui interfuerunt XXXII. Epiſcopi apud Arduinum Tom.* 3. *Concilior. pag.* 1863. *Pariſiis* 1714.

In nomine Domini Salvatoris Dei noſtri I. C., imperante Domino piiſſimo Auguſto Leone a Deo coronato magno & pacifico Imp. an. VI. poſt Conſulatum vero eius anno XVII. ſed & Conſtantino novo Imp. eius filio, anno II. menſe Aprili, indict. IV. praeſidente ſanctiſſimo ac beatiſſimo Gregorio Apoſtolico Papa in Baſilica B. Petri Apoſtolorum Principis, ante Confeſſionem: conſidentibus etiam ſanctiſſimis Epiſcopis, Agnello Ferentinati, Agnello Sutrino, Iohanne Veliternenſi &c. Gregorius ſanctiſſimus ac beatiſsimus Papa, ante Corpus beatiſsimi Petri in Synodo reſidens, dixit &c. Poſt hanc omnium conſonam reſponſionem, Gregorius Apoſtolicus Papa ante Corpus memoratum venerabilis Chriſti Apoſtolorum Principis, inferendo ſententiam dixit &c.

Indiculus ſacramenti, quod S. Boniſacius, Germanorum Apoſtolus nuncupatus, Romae an. 723. *die S. Andreae ſacro cum Epiſcopus ordinaretur, fecit Gregorio II. R. P. apud Labbeum Tom.* 8. *Concilior. pag.* 167. *Venetiis* 1729.

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Imperante Domino Leone a Deo coronato magno Imperatore anno VI. poſt Conſulatum eius anno VI., ſed & Conſtantino magno Imperatore eius filio anno IV. indictione VI. Promitto ego Bonifacius, Dei gratia Epiſcopus, tibi beato Petro Apoſtolorum Principi, Vicarioque tuo beato Gregorio Papae (*a*), & Succeſſoribus eius, per Patrem, & Filium,

(*a*) Cum perſuaſum haberent Petri ſucceſſores, hunc Apoſtolum eadem in cathedra ſedere, Eccleſiae totius tractare clavum, neque

lium, & Spiritum Sanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum Corpus tuum, me omnem fidem & puritatem ſanctae Fidei Catholicae exhibere, & in unitate eiuſdem Fidei Deo operante perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus ſine dubio eſſe comprobatur: nullo modo me contra unitatem communis & univerſalis Eccleſiae ſuadente quopiam conſentire; ſed, ut dixi, fidem & puritatem meam atque concurſum tibi, & utilitatibus Eccleſiae tuae, cui a Domino Deo poteſtas ligandi ſolvendique data eſt, & praedicto Vicario tuo, atque Succeſſoribus eius per omnia exhibere. Sed & ſi cognovero antiſtites contra inſtituta antiqua ſanctorum Patrum converſari, cum eis nullam habere communionem, aut coniunctionem, ſed magis, ſi valuero, prohibere, prohibebo: ſin minus, fideliter ſtatim domno meo Apoſtolico renunciabo. Quod ſi, quod abſit, contra huius promiſſionis meae ſeriem aliquid facere quolibet modo, ſeu ingenio vel occaſione tentavero, reus inveniar in aeterno iudicio; ultionem Ananiae & Sapphirae incurram, quis vobis etiam de rebus propriis fraudem facere,

neque ab eius gubernatione umquam deſiſtere; hac laetiſſima perſuaſione freti, haberi ſe voluerunt tamquam vicarios, qui ſuam illi opem commodarent. Pluribus modis agere ſe Petri perſonam eiuſque partes ſuſtinere, & quidquid in ſe laudandum eſt, totum id illius eſſe teſtificatur S. Leo Magnus coram his, qui ad ordinationis ſuae diem auniverſarium convenerant. *His itaque modis*, inquit ſerm. 2., *dilectiſſimi, rationabili obſequio celebratur hodierna feſtivitas, ut in perſona humilitatis meae ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium paſtorum ſollicitudo cum commendatarum ſibi ovium cuſtodia perſeverat, & cuius etiam dignitas in indigno herede non deficit*. Factum inde eſt, ut *Petri Vicarios* nuncuparent ipſi ſeſe Romani Antiſtites, & ab aliis eodem nomine nuncuparentur: qui loquendi modus communi uſu diu perſeveravit. Symmachus Anaſtaſii Auguſti contumeliis provocatus ſic reſpondet ep. 10. *An quia Imperator es, contra Petri niteris poteſtatem? & qui Petrum Alexandrinum recipis, beatum Apoſtolum Petrum in ſuo qualicumque Vicario calcare contendis?* Nec minus apertum eſt illud Nicolai I. in ep. 8. ad Michaelem Imp. effatum: *Nec in Vicariis B. Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum qui ſint, ſed quid pro correctione Eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagunt*. Mitto cetera exempla, ne in re ſatis nota diutius haerere videar.

Digitized by Google

cere, vel falſum dicere praeſumſerunt. Hunc autem indiculum ſacramenti ego Bonifacius exiguus Epiſcopus manu propria ſcripſi, atque ponens ſupra ſacratiſſimum Corpus Beati Petri, ita, ut praeſcriptum eſt, Deo teſte & iudice praeſtiti ſacramentum, quod & ſervare promitto.

Gregorius III.R.P.,electus an.731.,congregatis ad B.Petri cineres diverſarum urbium Epiſcopis,cunctoque Romano Clero, Iconoclaſtas anathemate percutit.In Tom.2.libri Pontific.p.43.Romae 1752.

Pontifex Synodale Decretum cum ſacerdotali conventu celebravit coram ſacroſancta Confeſsione ſacratiſsimi corporis B.Petri Apoſtoli,reſidentibus cum eodem ſummo,& venerabili Papa Archiepiſcopis, ideſt Antonino Gradenſe Archiepiſcopo, Iohanne Archiepiſcopo Ravennae cum ceteris Epiſcopis iſtius Heſperiae partis numero XCIII., ſeu Presbyteris ſanctae huius Apoſtolicae Sedis, adſtantibus Diaconibus, vel cuncto Clero, nobilibus etiam Conſulibus, & reliquis Chriſtianis plebibus ſimul; decrevit, ut ſi quis deinceps antiquae conſuetudinis Apoſtolicae Eccleſiae fidelem uſum contemnens, adverſus eamdem venerationem ſacrarum Imaginum ..... depoſitor, atque deſtructor, & profanator, vel blaſphemus exſtiterit, ſit extorris a Corpore, & Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel totius Eccleſiae unitate, atque compage &c.

Paulus I. R. P., electus an.757. Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum an.765.ſcribit ſe accepiſſe menſam ab eo iampridem dono datam S. Petro, & Stephano III., ac delatam a Regis miſſis in ſacram Confeſſionem ſe conſecraſſe, ſacrum in ea feciſſe, nulloque tempore inde amovendam ſanxiſſe. Tom. 1. Codicis Carolini pag.224. Romae 1760.

Interea, praecellentiſsime ac benigniſsime Rex, Chriſtianiſsime fili, & ſpiritalis Compater, ſuſcepimus & menſam illam, quam olim ſanctae recordationis domno & germano noſtro beatiſsimo Stephano papae, & per eum beato Petro Apoſtolo obtuliſtis: quam & cum hymnis, & canticis ſpiritalibus Letaniae laudes ſolenniter Deo referentes, infra au-
lam

lam ipſius Principis Apoſtolorum introduximus, quamque veſtri Miſsi in ſacram Confeſsionem, ſuper Corpus ſcilicet eiuſdem caelorum regni Ianitoris ex veſtri perſona obtulerunt: quam & chriſmate unctionis ſanctificantes, & ſacram oblationem ſuper eam imponentes, ſacrificium laudis Deo omnipotenti, paterna animae veſtrae remunerationem, & regni veſtri ſtabilitate offeruimus (*a*), decernentes Apoſtolica cenſura ſub

 ana-

(*a*) Ex verbis Gregorii Turonenſis relatis ad ſaeculum VI., patet unicum altare tunc temporis fuiſſe in baſilica D. Petri, neque aliud revera in ea erectum novimus ante Paulum I. Is enim fuit qui *menſam* illam, quam Pippinus Rex Stephano III. direxerat, *infra aulam ipſius Principis Apoſtolorum* introduxit, *& chriſmate unctionis* ſanctificatam ſuper corpus eiuſdem ſtatuit. Altare unicum in qualibet Eccleſia primis Religionis Chriſtianae ſaeculis fuiſſe conſtat, tum quia unus Sacerdos uni Eccleſiae praeficiebatur, ſeu (ut habent vetera monumenta) *incardinabatur*; tum quia rari erant Sacerdotes etiam in monaſteriis, nec ulla exſtabant Sacerdotum collegia. Creſcente numero fidelium, crevit quoque numerus Miniſtrorum & Eccleſiarum: hinc myſteria ſacra frequentius confici, & arae plures in una Eccleſia conſtrui coeptae. In ſepulcri Dominici Eccleſia, referente Arculfo Epiſcopo Gallo, qui loca ſacra inviſit ſaeculo VII., altaria erant quinque, & in Eccleſia S. Mariae in Valle Ioſaphat altaria quatuor: immo ſaeculo VI. Burdigalae in ſacra aede S. Petri altare duplex erat, uti refert Gregorius Turonenſis lib. I. de Gl. MM. cap. 33. Saeculo deinde VIII. numerus altarium crevit. At quamvis Eccleſiae unicum olim haberent altare, in eo tamen plures Miſſae celebrari ſolebant. Id ex Concilii Antiſiodorenſis an. 578. can. 10. evidentius apparet. *Non licet ſuper uno altario in una die duas Miſſas dicere; nec in altario ubi Epiſcopus Miſſas dixerit, ut Presbyter in illa die Miſſas dicat*. Quibus verbis praerogativa Epiſcopo ſupra ceteros Presbyteros tribuitur, ut ſcilicet ſuper illud altare; in quo Miſſam dixiſſet, Presbytero non liceret eo die Sacrificium offerre. Presbyteris igitur licebat, aliis poſt alios, Miſſas, non tamen plures, in eodem altari celebrare. Hoc illuſtratur facto Gregorii Turonenſis, qui cum ab aemulis apud Chilpericum Regem eſſet accuſatus maledicentiae in Fredegundem, *apud Brennacum villam reſtitit ad hoc cauſſa, ut dictis Miſſis in tribus altaribus ſe de his verbis exſueret ſacramento*. Non in uno, ſed in tribus altaribus Gregorius celebravit, quia uni Sacerdoti id in

uno

anathematis interpoſitione nulli umquam licere, eam ab eccleſia B. Petri alienare, & ecce memoriale veſtrum in eadem Apoſtolica aula fulgens permanet in aeternum, cuius remunerationem vos credite a iuſto retributore Domino Deo, & beato Apoſtolorum Principe Petro in caeleſtibus regnis adepturum.

Hadrianus I. R. P., electus an. 772. Carolo Regi Francorum, & Langobardorum, atque Patricio Romanorum ſcribit an. 778., ſe confidere, ut numquam a fide, caritate, & promiſſione deficiat, quam coram D. Petro fecerat, ſibique invicem polliciti erant. Tom. 1. Cod. Carolin. pag. 366.

Domno Excellentiſſimo filio Carolo, Regi Francorum, & Longobardorum, atque Patricio Romanorum, Hadrianus Papa. Mellifluae, & a Deo protectae tuae Excellentiae, benigniſſime fili, honorabiles ſuſcepimus ſyllabas, quibus, & cum nimio amore liquido informati ſumus, ſed omnipotens, clemens, & miſericors Deus, in cuius manu cor Excellentiae tuae, bone & Deo imitabilis fili, regitur, corroboret cor & mentem tuam, & brachium ſuae potentiae tibi extendat. Nos quidem die noctuque numquam deſiſtimus, cum Sacerdotibus, cunctoque Chriſtiano populo, in Confeſſione beati Petri Principis Apoſtolorum, ſuppliciter exorare, ut una cum Ex-

uno altari eodem die non licebat. Ab initio altaria erant edita & cava. Certe eiuſdem erant formae altaria in occidente ſaeculis octavo & nono. Cavum fuiſſe altare, quod Paulus I. ſtatuit *infra aulam ipſius Principis Apoſtolorum . . . ſuper corpus eiuſdem*, patet ex facto Gregorii IV., qui, ut habet eius Bulla, quam inter monumenta ſaeculi IX. referemus, *poſito capite & pectore ſuper Corpus, & Confeſſionem S. Petri*. Anſghario facultatem elargitus fuit praedicandi Evangelium. Pontifex Paulus menſam dono datam a Pippino Rege in ſubterranea cella Confeſſionis ſtatuit eo modo ut cavum remaneret altare, proindeque liberum foret fidelibus ſubtus menſam illam, ſeu altare caput & pectus ponere, ſive ad orandum, ſive ad ſanctuaria per ſecundam feneſtellam ſupra Apoſtoli loculum immittenda. Atque hoc eſt altare ſubterraneum Confeſſionis, de quo in Praefatione aliqua attigimus.

Excellentiſſima filia noſtra Regina , & praecellentiſſima veſtra nobiliſſima prole , victorem te ſuper omnes barbaras nationes faciat , quatenus omnes ſub tuo brachio humiliati , veſtigia pedum tuorum prorſus oſculentur , & Eccleſia Dei , a veſtra a Deo inſtituta regali potentia nimirum exaltetur ; numquam enim credimus , quod ſemel pollicitus es (a) , ſuper venerabile corpus B .Petri clavigeri Regni caelorum , ut quaelibet falſa poteſtas , ſeu principatus , poterit tuam firmiſſimam Excellentiam ſegregare a caritate , & amore , quem a cunabulis tuis beato Petro , Principi Apoſtolorum , habuiſti ; ſed in ea fide, & dilectione , ſimulque & promiſſione te confidimus permanere , in qua & nos firmi , & ſtabiles , quod facie ad faciem polliciti ſumus , Domino praeſidente , & B. Petro Principe Apoſtolorum mediante , uſque in finem manemus .

In Concilio Romano in baſilica S. Petri a Leone III. R. P. , & Epiſcopis LVII. an. 799. celebrato adverſus Felicem Urgellitanae civitatis Epiſcopum , eiuſque epiſtolam contra Alcuinum ſcriptam apud Labbeum Tom. 9. Concilior. pag. 214. Venetiis 1729.

Leo Epiſcopus dixit : quis non videat miſerrimum illum & infelicem haereticum , quia non ſolum haereſiarcha dudum de adoptione in Filio Dei latrans factus eſt : ſed etiam & ſemel & bis , & tertio periuratus effectus eſt . In primis ...... Et iterum , ſub ſanctae recordationis praedeceſſore noſtro Hadriano Papa , directus a domno Carolo praefulgido magno Rege ipſe miſerrimus haereticus infelix Epiſcopus , doctus ab eodem almo Praeſule , fecit illum orthodoxum in vinculis libellum , anathematizans & confirmans inter cetera nequaquam Filium Dei adoptivum eſſe , ſicut dixerat , ſed proprium & verum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium Dei confiteor . Unde & ipſum orthodoxum ſuum libellum ſuper

(a) Huiuſce promiſſi meminit Hadrianus in aliis litteris Codicis Carolini , nimirum Rex Carolus cum an. 774. primum Romam venit nedum quae a Pippino patre Sedi Apoſtolicae oblata fuerant iis rata eſſe voluit , verum etiam adiecit alia quamplura, de quibus lato calamo ſcripſimus in *Memoriis Hiſtoricis Beneventanae civitatis.*

per ſacroſancta Dei myſteria in noſtro Patriarchio ponens, iuravit ſic tenere & confiteri. Et iterum in Confeſſione ſuper corpus beati Petri Apoſtoli ipſum ponens orthodoxum ſuum libellum, ſimiliter & illic iuravit nequaquam ſe dicere audere adoptivum, ſed proprium & dilectum Filium Dei teneo & confiteor. Et poſtmodum tranſgreſſus legem Dei excelſi, fugiens apud paganos conſentaneos periuratus effectus eſt.

Digitized by Google

MONUMENTA

SAECULI IX.

Lotharius a patre Ludovico Pio Imperii conſors factus, obtinet an. 823. *a S. Paſchali I. R. P. Imperiale diadema coram ſancto corpore B. Petri Principis Apoſtolorum, uti ipſemet Lotharius aſſerit in reſponſis ad capituala querelarum patris Ludovici apud Mabillonium ſaec. IV. Benedict. in vita Ven. Walae Abbatis Corbeienſis, auctore Paſchaſio Radberto pag.* 488. *Venetiis* 1635.

Perpendat ſublimitas veſtra, & recordari dignetur, quod aeque me praeſtantiſſima in Chriſto providentia veſtra ſuſcipere fecit hanc curam & defenſionem ipſius permaxime, ceterarumque Eccleſiarum, quando me conſortem totius Imperii celſitudo veſtra una cum voluntate populi conſtituit in omni poteſtate & honore, in omni conſcriptione & nomiſmate, in omni diſpoſitione, veſtro conſervato honore & providentia. Equidem & ad eamdem ſedem clementer me veſtra Imperialis eximietas miſit, ad confirmandum in me quicquid pia dignatio veſtra decreverat, ut eſſem ſocius & conſors non minus ſanctificatione, quam poteſtate & nomine. Unde quia coram ſancto altare & coram ſancto corpore B.Petri Principis Apoſtolorum, a Summo Pontifice, veſtro ex conſenſu & voluntate, benedictionem, honorem & nomen ſuſcepi Imperialis officii, inſuper diademata capitis & gladium ad defenſionem ipſius Eccleſiae & imperii veſtri; nemo vobiſcum magis, qui eam, quam ego defendere velit aut debeat. Et quia audivi, quod plurimi inſidiantur huic; manifeſtum eſſe omnibus volo, quod ei ſine me nemo nocebit, quem pro pace & concordia conduxi Vicarium beati Petri, ad vetri reconciliandam ſereniſſimam animi pietatem.

Gregorius IV. R. P., electus an. 827., *confirmat Anſgharium primum Archiepiſcopum Hamburgenſem, eique & ſucceſſoribus*

Digitized by Google

bus amplam facultatem tribuit in partibus Septentrionalibus & Orientalibus Daniae, & Sueciae, apud Petrum Lambecium lib.1. Origin. Hamburgen. pag.128. Hamburgi 1652.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.Omnium fidelium dinoſcentiae certum eſſe volumus, qualiter beatae memoriae praecellentiſſimus Rex Karulus tempore praedeceſſorum noſtrorum divino afflatus ſpiritu gentem Saxonum ſacro cultui ſubdidit, iugumque Chriſti, quod ſuave ac leve eſt, aduſque terminos Danorum ſive Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ultimamque regni ipſius partem trans Albiam inter mortifera paganorum pericula conſtitutam, videlicet ne ad ritum relaberetur gentilium, vel etiam quia lucrandis adhuc gentibus aptiſſima videbatur proprio Epiſcopali vigore fundare decreverat. Sed quia mors effectum prohibuerat, ſuccedente ejus praecellentiſſimo filio Hlodewico Imperatore Auguſto pium ſtudium ſacri genitoris ſui efficaciter implevit. Quae ratio nobis per venerabiles Ratolfum ſive Vornoldum Epiſcopum, nec non Geroldum Comitem vel miſſum venerabilem relata eſt, confirmanda. Nos igitur omnem ibi Deo dignam ſtatutam providentiam cognoſcentes, inſtructi etiam praeſentia fratris filiique noſtri Anſcharii, primi Nordalbingorum Archiepiſcopi, per manus Drogonis Metenſis Epiſcopi conſecrati, ſanctum ſtudium magnorum Imperatorum, tam praeſenti auctoritate, quam etiam Pallii donatione, more praedeceſſorum noſtrorum roborare decrevimus, quatenus tanta auctoritate fundatus praedictus filius noſter, eiuſque ſucceſſores lucrandis plebibus inſiſtentes adverſus tentamenta diaboli, validiores exſiſtant, ipſumque filium noſtrum iam dictum Anſcharium & ſucceſſores eius legatos in omnibus circumquaque gentibus Danorum, Svenonum, Nortwehorum, Farriae, Gronlandon, Halſingolandan, Islandan, Scrideuindum, Slavorum, nec non omnium Septentrionalium, & Orientalium nationum quocumque modo nominatarum delegamus. Et poſito capite & pectore ſuper corpus,

pus, & Confeſſionem ſancti Petri Apoſtoli, ſibi ſuiſque Succeſſoribus vicem noſtram perpetuo retinendam publicamque evangelizandi tribuimus auctoritatem (a), ipſamque ſedem Nordalbingorum, Hammaburch dictam, in honore ſancti Salvatoris eiuſque intemeratae genitricis Mariae conſecratam Archiepiſcopalem eſſe decernimus &c.

Leo IV. R. P., electus an. 847., *in Synodo Romana an.* 853. *cui interfuerunt LXVII. Epiſcopi, depoſuit Anaſtaſium Presbyterum Cardinalem tituli S. Marcelli apud Labbeum Tom.* 9. *Concilior. pag.* 1134. *Venetiis* 1729.

Theodorus Notarius ac Scriniarius ſanctae Romanae Eccleſiae legit: Imperantibus dominis piiſſimis perpetuis Auguſtis, Hlotario a Deo coronato pacifico & magno Imperatore anno XXXVII., ſed & Hludovico a Deo coronato eius filio novo Imperatore, anno V. menſe Decembrio; die VIII. indictione II. in civitate nova, cuius vocabulum Leoniana eſt, intra Eccle-

(a) Qui ad Gentes praedicationem Evangelii aggrediebantur, eos a Romano Pontifice mitti conſueviſſe, exempla plurima docent. Duo tantum referam. Ad S. Martinum I. acceſſit ex Hibernia S. Foillanus, ut *miſſionem* ſive facultatem praedicandi Gentibus Evangelium ab eo acciperet: haec enim in eius actis apud Molan. in Natal. SS. Belg. die ult. Octob. leguntur: *Huius exemplo*, nempe Furſei eius germani, *provocatus Foillanus, Romam ivit, petiturus a Martino Pontifice Epiſcopalem benedictionem ad infidelium converſionem: qua accepta ad Gallias venit &c.* Obiit Foillanus an. 655., a latronibus occiſus dum ad germanum ſuum Ultanum viſitationis gratia properaret. S. Kilianus ordinatus Epiſcopus, Romam venit ut a Pontifice licentia impertiretur exteris gentibus praedicandi: *Eamus Romam* (ita ſociis loquentem inducit auctor eius vitae ap. Mabillon. ſaec. II. Bened. num. 3. pag. 992.) *& viſitemus limina Principis ſanctorum Apoſtolorum, & praeſentemus nos obtutibus B. Iohannis* (Papae), *& ſi Domini voluntas ſit, ab Apoſtolica Sede accepta licentia, cum illius conſultu, iterum revertamur, & praedicemus illis fiducialiter nomen D. N. I. C.* Cum vero veniſſet, & Iohanne V. mortuo, Pontificatus an. 686. delatus fuiſſet ad Cononem; hic, *audita illius fide pariter & doctrina; ideo dedit illi ex S. Petro Principe Apoſtolorum licentiam & poteſtatem praedicandi & docendi. & quoſcumque ſua convertere potuiſſet doctrina, libera atque firmiſſima hoc faceret poteſtate.*

Digitized by Google

cleſiam ubi corpus beatiſſimi Petri Apoſtolorum Principis conditum eſt. Leo Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus miſſis ſacratiſſimorum Imperatorum filiorum noſtrorum, Ioſeph Eporedienſis Eccleſiae Antiſtiti, ſeu Petro Spoletinae, itemque Petro Arretinae Eccleſiae Epiſcopis, ac Notingo Epiſcopo Brixienſi, univerſaeque ſanctae Synodo hic pariter congregatae. Quod bene ac pleniter nobiſcum ſimul fratres cariſsimi ſcitis; nunc iterum dilectioni veſtrae cognitum eſſe volumus: quomodo inſtigante, ac ſuadente diabolo Anaſtaſius Presbyter cardinis noſtri, quem nos in titulo B. Marcelli martyris, atque Pontificis ordinavimus, contra ſtatuta Patrum propriam Eccleſiam deſerens &c.

S. Nicolaus I. R. P., electus an. 858. *in ep.* 7. *ad Michaelem Imperatorem memorat Synodum Romae celebratam, in qua Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanae Sedi fuit reſtitutus, Photius vero invaſor depoſitus apud Labbeum Tom.* 9. *Concilior. pag.* 1307.

Convocato multorum provinciarum Occidentalium regionum ſanctiſſimorum Epiſcoporum coetu, et collecta ſancta Synodo in eccleſia Dei, ubi B. Petrus Apoſtolorum Princeps corpore floret, et virtutibus emicat: deinde propter frigidiorem locum in Eccleſia Salvatoris, quae ab auctore vocatur Conſtantiniana, & quae prima in toto terrarum Orbe conſtructa eſt, ibique recitatis omnibus ſcripturis de Graeco ſermone in Latinum converſis &c. (*a*)

In ep. 8. *ad eumdem Michaelem Imp. Apud Labb. Tom.* 9. *Concilior. pag.* 1336.

Tanta millia hominum protectioni ac intercesſioni beati Apoſtolorum Principis Petri ex omnibus finibus terrae properantium ſeſe quotidie conferunt, & uſque in finem vitae ſuae

(*a*) Conſonat alia eiuſdem Nicolai epiſtola num. 13. pag. 1400. ad Ignatium Patriarcham, in qua eum certiorem facit de depoſitione Photii, & de ſua reſtitutione firmata in Synodo collecta *in Eccleſia Dei, in qua B. Petrus reiacet*.

ſuae apud eius limina ſemet manſura proponunt, ut praeter illud, quo vas e caelo ſubmiſſum, in quo cunctorum oſtenſa ſunt eidem B. Petro horum omnium rectori, animantium genera, Catholicam ſignat Eccleſiam: etiam ipſa Romanorum urbs, apud quam eiuſdem Apoſtoli corporalis praeſentia ſedulo veneratur, ipſius vaſis cunctas dignoſcatur in ſe continere univerſorum animalium (quae homines intelliguntur ſpiritualiter) nationes. Suſcepit ergo ac continet in ſe Romana Ecmana, quod Deus univerſalem Eccleſiam ſuſcipere, ac continere praecepit. Decentiſſimum quippe eſt atque convenientiſſimum, ut apud ſe Petrus, quod ſibi ſpecialiter oſtenſum, atque praeceptum eſt, exhibeat.

Ex itinerario Bernardi Monachi Franci ad loca ſancta an. 870. *Apud Mabillonium Acta SS. Ordinis S. Benedicti ſaec. III. par. II. pag.* 474. *Venetiis* 1734.

De Hieruſalem intraverunt in mare, & venerunt ad Montem-aureum, ubi eſt crypta habens ibi 7. altaria. Habet etiam ſupra ſe ſilvam magnam, in qua crypta nemo poteſt prae obſcuritate tenebrarum intrare, niſi cum accenſis luminaribus: ibidem fuit Abbas domnus Valentinus. De Monte aureo pervenerunt ad Romam, intra quam urbem ad orientalem partem, in loco qui dicitur Lateranis, eſt Eccleſia in honore S. Iohannis Baptiſtae bene compoſita, ubi eſt propria ſedes Apoſtolorum (l. *Apoſtolicorum*). Ad occidentalem autem partem eſt Eccleſia beati Petri Principis Apoſtolorum, ubi ipſe requieſcit, cui in magnitudine non eſt ſimilis Eccleſia in univerſa terra, quae continet etiam ornamenta diverſa. In qua etiam praedicta urbe innumerabilia corpora ſanctorum requieſcunt. Inde venerunt ad ſanctum Michaelem ad duas Tumbas &c.

Iohannes VIII. R. P., electus an. 872. *in ep. data idibus Martii an.* 876. *memorat Carolum Calvum ab ſe in Imperatorem unctum & coronatum, & eius vota ad ſepulcrum B. Petri. Apud Edmundum Martene Tom.* 1. *vet. Scriptor. ampliſ. Collect. pag.* 200. *edit. Maurinae Pariſiis* 1724.

Luce clarius patet omnibus Eccleſiae filiis , quia cariſsimus filius noſter Karolus Rex adiens limina beatiſsimorum Apoſtolorum Petri & Pauli honorifice a nobis exceptus , poſtquam ſolemniter vota Regia perſolviſſet ad ſepulcrum B. Petri, die Nativitatis Domini in Eccleſia ipſius B. Petri Apoſtolorum Principis dignitatem Imperialem per impoſitionem manuum noſtrarum adeptus eſt .

MONUMENTA
SAECULI X.

Iohannes XII. R. P., electus an. 956. creat Imperatorem Ottonem Germaniae Regem, eique praeſtito ſacramento ſupra corpus D. Petri pollicetur, ſe illius hoſtibus non adhaeſurum, uti Luitprandus ex Ticinenſi Diacono Epiſcopus Cremonenſis affirmat lib. 6. cap. 6. Hiſt. apud Andream Ducheſne Hiſt. Francor. Scriptor. Tom. 3. pag. 627. Pariſiis 1641.

Regnantibus, imo ſaevientibus in Italia, &, ut verius fateamur, tyrannidem exercentibus Berengario, atque Adelberto, Iohannes Summus Pontifex, & univerſalis Papa, cuius tunc Eccleſia ſupradictorum Berengarii atque Adelberti ſaevitiam erat experta, Legatos S.R.E. Iohannem videlicet Card. Diaconum, & Azzonem Scriniarium ſereniſſ. atque piiſſimo tunc Regi, nunc Aug. Caeſari Ottoni deſtinavit; ſuppliciter litteris & Regum ſignis orans, quatenus pro Dei amore, ſanctorumque Apoſtolor. Petri & Pauli, quos delictorum ſuorum cupierat eſſe remiſſores, ſe, ſibique commiſſam S. R. E. ex eorum faucibus liberaret, ac ſaluti, & libertati priſtinae reſtitueret ..... Qui tanto Berengarium, atque Adelbertum celerius Regno expulit, quanto evidentius conſtat, quod commilitones Petrum & Paulum ſanctiſſimos Apoſtolos habuit. Bonus itaque Rex diſperſa colligens, & confracta conſolidans, quod cuique proprium fuit, reſtituit. Dehinc Romam ſiutilia facturus adiit: ubi miro ornatu, miroque apparatu ſuſceptus, ab eodem Summo Pontifice, & univerſali Papa Iohanne unctionem ſuſcepit Imperii. Cui non ſolum propria reſtituit, verum etiam ingentibus gemmarum, auri & argenti muneribus ipſum honoravit. Iusiurandum vero ab eodem Papa Iohanne ſupra pretioſiſſimum corpus Petri atque

omnibus civitatis proceribus, ſe numquam Berengario, atque Adelberto auxiliaturum; accepit. Poſt haec in patriam properanter repedavit.

Benedictus VII. R. P., electus an. 975. in Concilio Romano habito an. 983. contra ſimoniacos apud Arduinum Act. Concilior. Tom. 1. part. 1. pag. 711. Pariſiis 1714.

Benedictus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Notum eſſe volumus omnibus catholicis, & orthodoxis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Regibus, & Principibus, Ducibuſque, & Comitibus, vel univerſis in toto orbe terrarum Chriſto famulantibus, qualiter Synodum aggregatum eſt in eccleſia beati Petri Apoſtolorum Principis, ante ſacratiſſimum eius corpus, una cum domno Ottone ſereniſſimo Imperatore Auguſto, ſpirituali filio noſtro, cum noſtris Suffraganeis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconibus, vel cuncto Clero ſanctae Catholicae, & Apoſtolicae Romanae Eccleſiae. Et ibidem perlecta ſunt capitula de ſacris Canonibus, qualiter liceret Epiſcopo de ſacris Ordinibus aliquod praemium accipere. Et auxiliante Deo, & annuente ipſo Apoſtolorum Principe beatiſſimo Petro, in eodem loco interdictum eſt primitus a noſtro proprio ore, & poſtea a cunctis venerabilibus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, in eodem ſacratiſſimo loco reſidentibus, quod ab iſta hora in antea, ab Oſtiario uſque ad Sacerdotium nullum precium exinde accepturos eſſe, ſicuti in decretis ſanctorum Patrum continetur &c.

Hugo Flaviniacenſis Abbas in part. 1. Chronici Virdunenſis apud Labb. Nov. Biblioth. mſs. Tom. 1. pag. 158. Pariſiis 1657.

Anno 991. S. Odilo venit ad converſionem Cluniaci, & quarto anno S. Maiolus obiit. Ea tempeſtate Roma maxima ex parte igne conſumpta eſt. Templum etiam S. Petri accenſum eſt, & iam trabes ferro & laminis aereis coopertae ardebant, cum omnis plebs Romana ad ſepulcrum Apoſtoli concurrens, ubi humana nihil praevalebant auxilia, divinum & apo-

apoſtolicum exſpectabat ſuffragium ; & ſtatim ignis, qui iam trabes lambebat, extinctus eſt (a).

MONU-

(a) Glaber Rodulphus incendium hoc refert ad an. 993. Eius haec verba ſunt apud Baronium an. 993. n. 10. *Contigit interea pene univerſas Italiae & Galliae civitates ignium incendiis devaſtari, ipſimque Urbem Romanam ex parte maxima igne cremari: quod dum fieret, B. Petri Eccleſiae tigna idem ignis arripuit: coepitque ſub aereo tabulatu conſumendo lambere ligna: quod cernens univerſa hominum multitudo, quae aderat, nullam omnino compeſcendae cladis artem reperiens, converſi unanimi voce clamantes terribili, ad ipſius Apoſtolorum Principis cucurrere Confeſſionem, eum imprecantes, ſi non pervigil propriae foret ad praeſens defenſor Eccleſiae, multos in orbe terrarum a ſuae Fidei profeſſione decedere. Statim vero vorax flamma abiegnas deſerens trabes diſparuit.* Solebant antiqui Sanctos ad rei alicuius obtentum non tam oratione quam pia violentia adigere, praeſertim ſi quid furti in Oratoriis, in quibus ſanctorum reliquiae continebantur accidiſſet. Alii id praeſtabant altarium nudatione, ut ſanctus Fructuoſus Bracarenſis Epiſcopus, qui ob praedia monaſterio ſuo ablata, *ſancta nudavit altaria, & ciliciis induit ea*. Alii luminum extinctione, ut Leo Epiſcopus Agathenſis, qui ob agrum quemdam ab haeretico homine ſubtractum Eccleſiae S. Andreae, *proſternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctem totam in lacrimis & pſallentio ducit, mane autem facto accedit ad lychnos qui de camera Eccleſiae dependebant, extendenſque virgam, quam tenebat, effregit cunctos*, ut apud Gregorium Turonenſem l. 1. de Gl. MM. cap. 79. legitur. Alii vel reliquias ſacras, vel ſanctorum imagines in terram aut in ſpinas deponebant. Chronographus Senonienſis in lib. 5. cap. 7. *Quum Dominus de Salmis res Eccleſiae Senonienſis diriperet, monachi conſilio Gilonis Epiſcopi Tullenſis imagines Redemptoris noſtri, & etiam beatiſſimi Simeonis Confeſſoris de locis ſuis ad terram ſuper ſpinas depoſuerunt.* Denique S. Eligius inſtar comminantis ad S. Columbam, cui Oratorium conſtruxerat, ſic orationem direxiſſe legitur in lib. 2. vitae cap. 30. *Niſi cito ornamenta tabernaculi huius furata reduxeris, equidem ſpinis allatis faciam hanc ianuam ita obſerari, ut numquam tibi in hoc loco veneratio praebeatur ab hodie.* Lugdunenſe Concilium generale ſub Gregorio X. relatum in 6. Decretat. de Off. ord. cap. *Si canonici*, reprobavit *deteſtabilem abuſum horrendae indevotionis illorum, qui Crucis, B. Mariae Virginis, aliorumque Sanctorum imagines ſeu ſtatuas irreverenti auſu tractantes, eas in aggravationem ceſſationis (a divinis) proſternunt in terram, & urticis ſpiniſque ſupponunt.*

MONUMENTA

SAECULI XI.

Gregorius VI. R.P., *abdicat Pontificatum an.* 1046. *Miſerum Statum Romanae Eccleſiae*, *ac baſilicarum SS. Apoſtolorum Petri*, *& Pauli deflet. an.* 1044. *Ex Tom.* 4. *Spicilegii Lucae Dacherii pag.* 232. *edit. Maurin. Pariſiis* 1661.

Gregorius Eiſcopus ſervus ſervorum Dei, omnibus qui Chriſtiana fide cenſentur, & beati Apoſtolorum Principis Sedem Eccleſiarum omnium matrem recognoſcunt, ſalutem & abſolutionem omnium peccatorum per benedictionem & merita beatorum Petri, & Pauli Principum Apoſtolorum.

Nonnulli etiam Imperatores, Reges, & Principes, aliorum ordinum perſonae, miſera cupiditate capti maternam maledictionem incurrere non timentes, eius poſſeſſiones invaſerunt, diſtraxerunt, & in proprios uſus redegerunt: qui etiam gladio anathematis percuſſi, & more infelicis Iudae ſacrilegii vinculo ſtrangulati, ne ad poenitentiam redirent deſipuerunt. Hinc igitur inopia, devaſtationes, latrocinia, rapinae contra ipſum Eccleſiae caput, beatum videlicet Petrum, & in eius quaſi viſceribus exortae ſunt. Proinde propria ipſius Eccleſia, & beati Pauli, quae illorum corporibus per totum Orbem refulgent, & ſuo odore, ſuaque pietate omnes ad ſe gentes provocant, iamiam, heu proh dolor! ruinam minantur.

S. Leo IX. R. P., *electus an.* 1049. *in Bulla*, *qua Vaticano S. Petri templo decimam oblationum partem elargitur*. *Tom.* 1. *Bullar. Vatic. pag.* 35. *Romae* 1747.

Ecce enim de oblationibus fidelium, quae tibi offeruntur in altari tuo, ſub quo ſacrum & venerabile corpus tuum requieſcit, & etiam in confeſſione ipſius altaris decimam partem tibi, quamvis tuum totum ſit, humili devotione, &

tota

tota cordis proſternatione offerimus, donamus, concedimus, & etiam corroboramus, atque confirmamus ad conſtructionem & reſartionem ipſius tui ſacri templi in aedificiis, parietibus, picturis, tignis, tectis, imbricibus, & praeterea luminarium concinnationibus aſſiduis olei, ac cerae, necnon lampadibus vitreis, & cicindelis (*a*), atque thimiamati, ceteriſque omnibus utenſilibus, quae ad uſum & neceſſitatem atque decorem totius ipſius Eccleſiae pertinent.

S. Petrus Damiani Epiſcopus Oſtienſis & Veliternenſis qui obiit an. 1072., *in ep.* 5. *ad Agnetem Imperatricem memorat confeſſionem quam vocant generalem, ab eadem Imperatrice peractam ante D.Petri Confeſſionem quam quia ſubterranea erat* arcanam *vocat. Tom.*1. *Opp. edit. Conſtantini Caetani pag.* 324. *Romae* 1606.

Sed ut hi, qui ad Apoſtolorum limina confluunt, ſanctae devotionis tuae ſalubriter imitentur exemplum, ſub arcana quoque beati Petri Confeſſione ante ſacrum altare me ſedere feciſti, ac per lugubres gemitus & amara ſuſpiria, ab ipſa quinquenni infantia tenera adhuc & nuper ablactata coepiſti: & tamquam illic ipſe beatus Apoſtolus corporaliter praeſideret, quidquid ſubtile vel minutum in humanitatis tuae potuit titillare viſceribus, quidquid in cogitationibus vanum, quidquid praeterea ſubrepere potuit in ſermone ſuperfluum, fidelibus eſt relationibus evolutum. Ad quod mihi viſum eſt, ut nullum aliud poenitentiae pondus iniungerem, niſi ut illud divinae legationis elogium iterarem: age quod agis: operare quod operaris; vel illud quod iis, qui Thyatirae erant, per Angelum mittitur: non mittam ſuper vos aliud pondus: tantum id quod habetis, tenete.

S. Gre-

(*a*) *Cicindela*, *cicendila* erat ſpecies vitreae lampadis. S. Gregorius Turonenſis lib. 1. de Miraculis S.Martini haec narrat cap. 15. de oleo cicendilae ſuper eius pictura: *Et hanc virtutem a ſupradicto cognovimus Fortunato, qui ſibi in Ravenna & Felici, & Rethorico ſociis ſuis ex oleo, quod ſub imagine picturae B. Martini in cicendili ardebat, dum tetigerunt oculos, lumen rediiſſe confeſſus eſt.*

S. Gregorius VII. R. P., electus an. 1073. *in ep. ad Salomonem Regem Hungarorum miſſa an.* 1074. *in qua Hungariae Regnum iuris B. Petri eſſe affirmat, cum ex oblatione S. Stephani Regis, tum ex eo, quod Henricus Imperator lanceam & coronam ad corpus eiuſdem Apoſtoli tranſmiſerit. Tom.* 1. *Bullar. Vatic. pag.* 41.

Litterae tuae ad nos tarde propter moram Nuntii tui allatae ſunt, quas quidem multo benignius manus noſtra ſuſcepiſſet, ſi tua incauta conditio non adeo B. Petrum offendiſſet. Nam ſicut a maioribus patriae tuae cognoſcere potes, Regnum Hungariae Sanctae Romanae Eccleſiae proprium eſt, a Rege Stephano olim B. Petro cum omni iure, & poteſtate ſua oblatum, & devote traditum. Praeterea Henricus piae memoriae Imperator ad honorem S. Petri Regnum illud expugnans, victo Rege, & facta victoria, ad corpus B. Petri lanceam coronamque tranſmiſit; & pro gloria triumphi ſui illuc Regni direxit inſignia, quo principatum dignitatis eius attinere cognovit. Quae cum ita ſint, tu tamen in ceteris quoque a regia virtute & moribus longe diſcedens, ius & honorem S. Petri, quantum ad te, imminuiſti, & alienaſti, dum eius Regnum a Rege Theutonicorum in beneficium, ſicut audivimus, ſuſcepiſti.

Robertus dictus Carnotenſis Epiſcopus ad B. Petri Apoſtoli exuvias ſacramento ſeſe obſtringit dimittendi Carnotenſem Epiſcopatum. Tom. 1. *Bullar. Vatic. pag.* 43.

Ego Robertus promitto omnipotenti Deo, & beato Petro Apoſtolorum Principi, cuius corpus hic requieſcit, quod in quocumque tempore Legatus Apoſtolicae Sedis directus a Domino noſtro Gregorio, qui nunc eſt Romanus Pontifex, vel ab aliquo Succeſſorum ſuorum item Romanorum Pontificum ad me venerit infra terminum, quem idem Legatus mihi conſtituerit, Carnotenſem Epiſcopatum omni occaſione ſublata vel fraude dimittam, & cum bona fide ſtudebo, quatenus Eccleſia illa ſecundum Deum ordinetur nihil acturus, me ſcien-

ſciente per me, vel per aliquam a me ſummiſſam Perſonam, unde eadem Eccleſia vel Clerici eius meo ſtudio vel malitia laeſionem aut detrimentum accipiant. Hoc ſacramentum, iubente Domino noſtro Gregorio VII. Papa, ego Cono humilis Presbyter tituli Chriſti Martyris, & Virginis ſanctae Anaſtaſiae ſcripſi, & in eccleſia beati Petri in Confeſſione ad corpus eius, ubi factum eſt, interfui. Interfuerunt etiam Iohannes Portuenſis Epiſcopus, Theodinus Archidiaconus, Gregorius, Bernardus Diaconi Sanctae Romanae Eccleſiae, & alii duo videlicet Ingelrammus Decanus Carnotenſis Eccleſiae, & Ivo tunc Magiſter ſcholarum in eadem Eccleſia. Actum Romae menſe Aprili Indictione quartadecima Anno tertio.

S. Gregorius VII. an. 1077. *reſtituit Manaſſem Rhemenſem Archiepiſcopum in proprium gradum, praeſtito prius iuramento ſupra corpus S. Petri. Lib.* 5. *epiſt. Greg. VII. ep.* 17. *apud Labb. Tom.* 12. *Concilior. pag.* 420. *Venetiis* 1730.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

Quia conſuetudo ſanctae Romanae Eccleſiae &c. Denique Manaſſem Rhemenſem Archiepiſcopum, qui in multis accuſatus fuerat, ſeſeque a Synodis, ad quas Hugo Dienſis Epiſcopus eum invitavit, ſubtraxerat: quia ſententia ſuper eum data non Romanae Eccleſiae gravitate & ſolita manſuetudine videbatur, in proprium gradum officiumque reſtituimus, ea quidem ratione, ut ſupra corpus ſancti Petri iuraret hoc modo . . . .

Ego Manaſſes Rhemenſis Archiepiſcopus &c. Actum Romae ſeptimo Idus Martii, indictione prima.

Digitized by Google

MONUMENTA
SAECULI XII.

Willielmus de Sommerſet, dictus Malmesburienſis, qui obiit an. 1142., *in lib.* 4. *cap.* 2. *de Geſtis Regum Anglorum, deſcribens Romanum iter Roberti Comitis Normannorum fratris Willielmi II. Regis Anglorum, haec narrat pag.* 135. *edit. Francofurti* 1601.

Prima porta Cornelia, quae modo dicitur porta S. Petri, & via Cornelia. Iuxta eam Eccleſia beati Petri ſita eſt, in qua corpus eius iacet, auro & argento, & lapidibus parata, & nullus hominum ſcit numerum ſanctorum martyrum, qui in eadem Eccleſia pauſant..... Duodecima porta & via Oſtienſis dicitur, modo porta S. Pauli vocatur, quia iuxta eam requieſcit in eccleſia ſua.

Benedictus Vaticanae baſilicae Canonicus in Ordine Romano ad Guidonem de Caſtello Cardinalem S. Marci, qui anno 1143. *ad Pontificatum aſſumptus eſt, dictus Caeleſtinus II., ubi agit de Dominica tertia in Adventu Domini Confeſſionem B. Petri diligenter deſcribens, notat duplex in eadem haberi altare, alterum ſubterraneum ſupra ſepulcrum, alterum maius ſuperimpoſitum Confeſſioni. Apud Mabillonium Tom.* 2. *Muſ. Ital. pag.* 122. *Pariſiis* 1724.

Deinde [*Pontifex*] deſcendens ad corpus, incenſat altare ſuper ſepulcrum S. Petri: & ſic ſedet in ſubſellio cum candelabris ante ſe. Paraphoniſta cum ſchola incipit vigilias, *Ex Aegypto vocavi filium meum*. Pſalmus, *Beatus vir*. Secunda Ant. *Ecce apparebit Dominus ſuper nubem candidam*. Pſalmus, *Quare fremuerunt gentes*. Tertia Ant. *Ecce veniet Dominus, quem Iohannes praedicavit*. Pſalmus, *Domine, quid multiplicati ſunt*. Deinde duo Subdiaconi baſilicarii dicunt verſum: Acolythi tenent librum ſtationalem, & Cubicularii faculas, & baſilicarii legunt lectiones, *Gaudens gaudebo in Domino*: Diaconus prae-

Digitized by Google

praecinit, *Tu autem*. Primicerius cum ſchola cantat reſponſoria. Finitis tribus lectionibus, Primicerius dicit, *Te Deum laudamus*. Subdiaconus regionarius porrigit Sacramentarium Epiſcopo, & Epiſcopus tenet ante Pontificem, & baſilicarii tenent candelabra, & Pontifex dicit orationem. Diaconus dicit, *Benedicamus Domino*, & dominus Papa benedicit.

Deinde exiens inde aſcendit ad altare maius, & incenſat; & deſcendit ad pectorale (*a*) ante altare; circa eum Diaconi induti. Epiſcopi ſtant ad aliud pectorale, Cardinales in choro cum Canonicis Eccleſiae. Cubicularii & Camerarii ponunt faculas ante Pontificem. Pontifex vero incipit matutinum, *Domine*, *labia mea aperies* (*b*).

Petrus Mallius, *Vaticanae Baſilicae Canonicus*, *in Hiſtoria eiuſdem ad Alexandrum III. R. P.*, *inter praerogativas notat*, *quod in ea dumtaxat Pallia vigilantur*, *vel benedicuntur cap.* 1. *n.* 7. *apud Bolland. Tom.* 7. *Iun. pag.* 38. *Antuerpiae* 1717.

Et quoniam haec ſacroſancta Dei & B. Petri baſilica eſt fundamentum, & caput omnium aliarum Eccleſiarum ..... quadam praerogativa in ea tantum vigilantur Pallia, quae Romanus Pontifex mittit Patriarchis & Archiepiſcopis per univerſum Orbem conſtitutis. Et inde eſt quod Legatus S. R. E. dicit: Accipe Pallium de corpore B. Petri ſumptum,

(*a*) *Pectorale*, id eſt cancellum, eum ad modum, quo Graeci [illegible] vocant columellas ordine diſpoſitas, ac ſuperiori epiſtylio iunctas. Petrus Mallius in Hiſt. baſil. Vatic. cap. 6. n. 121., ubi de lampadibus, quae ſuo tempore ardebant in Eccleſia B. Petri, haec notat: *Ad luminaria ante altare B. Petri octo lampades. In corpore totidem diu noctuque. In virga, ante pectoralia tres lampades. In unoquoque capitulo, id eſt in unaquaque corona, una candela per totam noctem accendatur, donec Miſſa finiatur: quae nimirum capitula ſunt ad minus xxxiv. uſque ad Crucifixos. Omnes igitur lampades ab altari B. Petri uſque ad Crucifixum, ſunt quinquaginta omni nocte &c.*

(*b*) Obſerva hic diſtingui vigilias a matutino: quod duplex officium in Dominica tertia in Adventu Domini ad S. Petrum dicebatur. Amalarius in Antiphonarii cap. 60. *duas Vigilias* vocat. *Ex Romano*, inquit, *Antiphonario poſui duas Vigilias in noſtro Antiphonario*, ſcilicet pro feſto S. Petri.

in plenitudinem officii tui. Itaque cum vigilamus Pallia, facimus ſolemnes vigilias in Confeſsione B. Petri, cantantes vigilias, quas conſuevimus cantare in feſtis eiuſdem Apoſtoli. Et de antiqua conſuetudine habemus ad bibendum de Confeſsione abundanter optimum claretum (*a*).

Romanus Canonicus, qui vivebat temporibus Caeleſtini III., in additamentis ad cap. 1. Hiſtoriae Petri Mallii, deſcribens vigilias ac ritus, qui ſuo tempore in conſecratione Palliorum adhibebantur, loquitur in hunc modum apud Bolland. Tom. 7. Iun. pag. 38.

Qualiter debemus pannos laneos, unde fiunt Pontificalia [*Pallia*], ad beati Petri corpus vigilare. Sicut vidi ego Presbyter Romanus, huius ſacroſanctae baſilicae Canonicus, ad poſteritatis memoriam ſcribo. Acceptis de altari faculis & cereis ad legendas lectiones & orationes vigiliarum, nec non incenſo; circa ſero conveniunt Canonici ad altare ſancti Leonis Papae: & Presbyter Hebdomadarius accipit ipſos pannos complicatos & involutos in ſindone, praecedentibus tam Manſionariis cum incenſo, & faculis accenſis, quam Canonicis; intrat ad corpus B. Petri & ponit eos ſupra altare, & faculae ante altare ponuntur. Tunc chorus, cuius eſt cantus, incipit antiphonam; *Si diligis me Simon Petre*, & reliqua, cum ſuis Pſalmis. Verſic. *Tu es Paſtor ovium*. Tres lectiones leguntur in libro ſtationali; *Petrus & Iohannes aſcendebant in templum*. Et cantatis duobus reſponſoriis, quæ volvuntur de S. Petro, deinde ſequitur; *Te decet laus*. Et oratio; *Deus, qui B. Petro Apoſtolo tuo collatis clavibus*. Sic reportantur, ſicut allata fuerunt. Si altero die cantatur Miſſa ſuper maiori altari, ponantur ibi; & poſt completam Miſſam tollantur: ſin autem, reddantur miſſo Domini Papae: & dantur Canonicis, quoties has Vigilias celebrant, tres

(*a*) Maphæus Vegius in lib. 3. n. 85. de reb. antiq. memorab. baſilicae S. Petri explicat, *optimum vinum optimis aromatibus* conditum, quod perfectis divinis conſolationibus, ad corporum conſolationem omnibus exhibebatur, uti videbimus inter monumenta ſaec. XV.

tres ſolidi Provinienſes pro clareto: faculae vero Camerario Canonicorum remanent, quae de altari communi cum cereis & incenſo & Provinienſibus dantur. Sic vidi tempore Domini Caeleſtini III. Papae fieri. Sic ſcio factum per ſocios & Dominos meos, tempore Clementis III. Papae. Sic etiam in ſecundo anno eiuſdem Pontificis (a), Indictione x., menſis Martii, die xxx. quae fuit tunc feria II. ante Paſcha.

MONU-

(a) Referendum non eſt ad proxime nominatum *Clementem*, ſed ad *Caeleſtinum*, cuius annus ſecundus in decima Indictione coepit an. 1192., quo dies xxx. Martii vere incidit in feriam ſecundam ante Paſcha.

MONUMENTA

SAECULI XIII.

Innocentius III. R.P., qui obiit an. 1216., in Bulla, qua Eccleſias Vaticano Capitulo ſubditas deſignat, bona eidem addicta, tum iura, privilegia, & libertates enumerat, atque confirmat. Tom. 1. Bullar. Vatic. pag. 83. *Romae* 1747.

Domino ſancto meritoque beato, caeleſtis Regni Clavigero, & Apoſtolorum Principi Petro, Innocentius indignus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei reverentiae votum cum devotione perenni. Cum diligenter attendo, quid ego tibi, beatiſſime Petre, valeam retribuere pro omnibus, quae tu mihi tribuere voluiſti, nihil prorſus invenio praeter ſolum devotionis affectum, quia tua ſunt univerſa quaecumque videor obtinere, ſive plenitudo ſpiritualium, ſive temporalium amplitudo: Per te namque mihi divinitus eſt conceſſa non tam terreni, quam caeleſtis Regni poteſtas, ſummi Pontificatus auctoritas, & dignitas Apoſtolici Principatus: Per te mihi gerendi claves, confirmandi fratres, & paſcendi oves eſt ſollicitudo commiſſa &c. Quoniam praeter id quod in Apoſtolatus officio tibi licet indignus ex divina tamen dignatione ſucceſſi; primum in hac ſacroſancta baſilica Eccleſiaſticum beneficium ſum adeptus, & de ipſius gremio ad Romanam Eccleſiam in Diaconatus ordinem evocatus. In primis igitur ipſam ſacroſanctam baſilicam, in qua tuum venerabile corpus celebri memoria requieſcit, uni Deo, vivo, & vero in honore tui nominis dedicatam, quaſi propriam Apoſtolici Praeſulis ſedem cum Archipresbytero, & Canonicis ſuis, & omnibus ad eorum Canonicam pertinentibus, ſub tua ſimul, ac noſtra ſpeciali tutela ſuſcipimus, & praeſenti privilegio communimus. Statuentes &c. Datum Romae apud Sanctum Petrum per manum Iohannis Sanctae Mariae in Via Lata Diaconi

coni Cardinalis Idibus Octobris, Indictione VIII., Incarnationis Dominicae anno MCCV. Pontificatus vero Domini Innocentii PP. III. anno octavo.

Gregorius IX. R. P., electus an. 1227. *in Bulla, qua confirmat bona, privilegia, & iura Vaticani Capituli. Tom.* 1. *Bullar. Vatic. pag.* 113.

Domino Sancto, meritoque beato caeleſtis Regni Clavigero, & Apoſtolorum Principi Petro, Gregorius indignus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, reverentiae votum cum devotione perempni. Cum diligenter attendo quid ego tibi, bm̃e Petre, valeam retribuere pro omnibus, quae tu michi tribuere voluiſti, nichil prorſus invenio praeter ſolum devotionis affectum; quia tua ſunt univerſa quaecumque videor obtinere ſive plenitudo ſpiritualium, ſive temporalium amplitudo. Per te namque michi divinitus eſt conceſſa non tam terreni, quam caeleſtis Regni poteſtas, Summi Pontificatus auctoritas, & dignitas Apoſtolici Principatus. Per te michi gerendi claves, confirmandi fratres, & paſcendi oves eſt ſollicitudo commiſſa. Ne igitur tantae gratiae videar eſſe prorſus ingratus; quod tibi conferre non poſſum, in ipſa tibi baſilica miniſtrantibus cenſui conferendum, ut ſic aliquatenus patrem in filiis, vel Dominum potius honorem in ſervis, cum ad hoc paſtorali debito tenear obligatus. In primis ſiquidem ipſam ſacroſanctam baſilicam, in qua tuum venerabile corpus celebri memoria requieſcit, uni Deo vivo, & vero in honore tui nominis dedicatam quaſi propriam Apoſtolici Praeſulis Sedem cum Archipresbytero, & Canonicis ſuis, & omnibus ad eorum Canonicam pertinentibus ſub tua ſimul, ac noſtra ſpeciali tutela ſuſcipimus, & praeſenti privilegio communimus &c. Datum Peruſii per manum Martini S. R. E. Vicecancellarii, X. Kalendas Iulii, Indictione I. Incarnationis Dominicae Anno M. CC. XXVIII. Pontificatus vero Domini Gregorii Papae Noni anno ſecundo.

Nico-

Nicolaus III. R. P., electus an. 1277. litteris ſub Bulla ſuum erga Vaticanam B. Petri baſilicam declarat ſpecialem pietatis affectum. Tom. 1. Bullar. Vatic. pag. 202.

Decorem domus Domini, & locum Tabernaculi Divinae gloriae, praeſertim ex debito Paſtoralis officii, ubique per Orbis latitudinem ferventiſſime diligentes, laetitiam ſpiritualem in corde conſequimur, quotiens noſtrae memoriae praeſentamus, quod ad glorioſum Apoſtolorum Principem, eiuſque venerandam baſilicam, Divina diſpoſitione in Urbium Urbe conſtructam, ab eo tempore, quo aetatem diſcretivam attigimus, ſpiritualem geſſimus devotionis affectum; qui ſive poſtmodum pervenerimus ad Cardinalatus honorem, ſive obtinuerimus Archipresbyteratus in eadem baſilica dignitatem, ſemper cum promoto maius incrementum habuit, ſemper cum creſcente plus crevit: Sed poſtquam prout Domino placuit, ſpeculam conſcendimus Apoſtolici culminis, tanto amplius profecit continuatis augmentis, tantoque fuit maioris caritatis igne ſuccenſus, quanto conſiderare debemus, & utique conſideramus humiliter in Vicaria Divina nos, quamquam immeritos, eidem ſucceſſiſſe glorioſiſſimo Principi, quantoque propter hoc eum in huiuſmodi ſua ſpeciali domo tenemur propenſius venerari. Nam haec eſt domus Dei aedificata firmiter ſupra petram, in qua & ipſius Petri corpus ſacratiſſimum honorifice requieſcit: Hoc eſt Divinum Tabernaculum, choris dilectum caeleſtibus, & toti ſaeculo venerandum: Hic eſt locus annexus ſpecialiter Romano Pontifici, Vicario Ieſu Chriſti: unde quantumcumque nos negotiorum undique concurrentium urgeret ſtrepitus, cauſſarum multiplicium vexaret anfractur; nichilominus ad praemiſſam baſilicam, prout in quolibet noſtro ſtatu nos concepiſſe meminimus, noſtrae conſiderationis continue convertimus aciem, ibique ſpecialiter defiximus mentis affectum &c. Datum Viterbii xv. Kal. Octobris, Pontificatus noſtri anno ſecundo.

(1279.) *Nico-*

(CCXXV)

Nicolaus IV. R. P. , electus an. 1288. in Bulla , qua ratas habet indulgentias a Romanis Pontificibus conceſſas viſitantibus Vaticanam S. Petri baſilicam . Tom. 1. Bullar. Vatic. pag. 213.

Ille qui ſolus ſuam fundavit Eccleſiam , & ſuper petram Fidei mox naſcentis erexit , beato Petro aeternae vitae Clavigero , caeleſtis & terreni ſimul imperii iura committens; inſignem eius baſilicam , ad honorem ipſius in Urbe conſtructam , & ſui nominis titulo inſignitam , tanto veneratione maiori conſtituit digniorem , quanto ipſam inter ceteras Orbis Eccleſias dignitate praecellere voluit , & praerogativis pluribus decoravit . In ea namque ſui pretioſiſſimi vultus imaginem , quam Veronicam fidelium vox communis appellat , in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari ; In ea glorioſiſſimum corpus eiuſdem aetherei Ianitoris , & innumerabilium martyrum , aliorumque ſanctorum venerandas reliquias collocavit , ut quo plura in ipſa veneranda concurrerent , eo amplius erga eam cunctorum devotio , & reverentia creſceret , & ad ipſam conflueret fidelium multitudo , dans Domino laudem & gloriam , & pietatis officio venerans, ut ipſo aperiente , qui a Domino claves Regni caelorum accepit , caeleſtis eis aulae ianua referetur &c. Datum Romae apud ſanctam Mariam Maiorem VI. Kalendas Martii , Pontificatus noſtri anno ſecundo (1289.)

Digitized by Google

MONUMENTA

SAECULI XIV.

Bonifacius VIII. R. P., qui obiit an. 1303. *in Bulla, qua Canonicorum numerum Vaticanae baſilicae uſque ad triceſimum adauget; tres Beneficiatos, ac viginti Clericos Beneficiatos, ſacro miniſterio addicendos ſtatuit, novo exemplo utriuſque Apoſtoli reliquiarum meminit. Bullar. Vatic. Tom.* 1. *pag.* 229. *Romae* 1747.

Ante aſſumptionem noſtram ad Summi Apoſtolatus officium, & poſtquam ad illud divina clementia nos provexit, honorabilem baſilicam Principis Apoſtolorum de Urbe ſpeciali benivolentia & affectu ſincero fuimus proſecuti: labores pro ipſa ſubivimus, & ſuſtinuimus caritate non ficta: ſtuduimus, etſi non quantum voluimus, eamdem baſilicam propter Deum, & reverentiam beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & aliorum ſanctorum, & ſanctarum multiplicium, quorum reliquiæ (*a*) in ipſa baſilica requieſcunt, grandibus beneficiis & donis largifluis honorare; praeſertim ut divinus cultus augeatur in ea ad animae noſtrae ſalutem, & augendam ad eam devotionem populi Chriſtiani &c. Datum Lateran. tertio nonas Ianuarii Pontificatus noſtri anno ſexto (1301.)

Iacobus Caietanus Diaconus Cardinalis S.Georgii in Velo aureo, creatus a Bonifacio VIII., cuius & ipſe nepos erat, qui ſub Clemente VI. vivere deſiit, in Ordinario S. R. E. apud Mabillon. Tom. 2. *Muſ. Ital. pag.* 402., *ubi de ritu pertractat benedicendi Imperatorem quando coronatur.*

Interpolata ergo cantilena, coram altari beati Petri praeſentatur domino Papae in ſupereminenti ſpecula reſidenti.

(*a*) Vide quae in fine ſaeculi xv. in Operis concluſione adnotabimus.

Digitized by Google

ti (*a*). Is itaque tunc ad ipſum altare aſcendit, & gladium evaginatum de altari ſumit, & ei tradit curam intelligens imperii totius in gladio, ſic dicens:

Ff 2 *Acci-*

(*a*) Animadvertendum quod licet novus Imperator ad altare S. Petri per manus Pontificis reciperet gladium, tamen eius unctio non in eodem altari, ſed in alio ſancti Mauritii peragebatur: *Poſt haec* (habet Ordo eiuſdem Caietani apud Mabillon. pag. 400.) *procedunt ad altare S. Mauritii, ubi Oſtienſis Epiſcopus ſibi ungat de oleo exorcizato brachium dextrum, & inter ſcapulas, hanc orationem dicendo &c.* A vetuſtiſſimis temporibus ſingularis eſt praerogativa ſolius Romani Antiſtitis, ut eius ordinatio ad altare S. Petri peragatur. *Ingrediens vero ſecratarium*, ſic Ordo Romanus IX. apud cit. Mabillon. pag. 92. de Summo Pontifice conſecrando, *induitur indumenta pontificalia; & veniens ad Confeſſionem S. Petri, proſternit ſe in orationem, ſchola canente introitum*, Elegit te Dominus. *Surgens vero aſcendit ad altare, & proſternit ſe in orationem, & omnis Clerus cum eo. Poſtea erigitur ab Epiſcopis, & ſtatuitur inter ſedem & altare; & tenent Evangelium ſuper caput vel cervicem ipſius. Et accedit unus Epiſcopus, & dat orationem ſuper eum, & recedit; & alter ſimiliter. Accedit tertius, & conſecrat illum. Archidiaconus autem imponit ei pallium &c.* Hanc praerogativam clare indigitat Benedictus S. Petri Canonicus in eius Ordine Romano a Mabillonio edito pag. 124. *Sabbato*, inquit, *ſtatio ad S. Petrum, ubi debet ordinatio fieri a Pontifice, & celebrare Miſſam. Dum vero cantatur officium celeberrime a ſchola, & hymnus trium puerorum*, Benedicite omnia opera Domini Domino, *deſcendit Pontifex ab altari, & vadit ad S. Andream. Ibi facit conſecrationem. Facta conſecratione revertitur ad altare: quia ad hoc altare nulla conſecratio debet fieri, niſi de Romano Pontifice. Et ſic in omnibus quatuor temporibus debet fieri.* Tandem, ut cetera, quae ad rem facerent, mittam, Cencius Camerarius in Ordine pariter Romano, quem ſcripſit tempore Caeleſtini III., apud Mabillonium eumdem habet hoc modo pag 212. *Poſt haec autem in proxima die Dominica electus cum omnibus ordinibus ſacri palatii & nobilibus Romanis vadit ad Eccleſiam beati Petri; ubi ad altare maius, prout in Ordine continetur, ab Epiſcopo Oſtienſi ſpecialiter & aliis Epiſcopis de curia conſecratur, hoc addito, quod ſi forte Epiſcopus Oſtienſis praeſens non fuerit, Archipresbyter Oſtienſis ſeu Veliternus intereſſe debet conſecrationi. Qua conſecratione finita, Prior S. Laurentii ſacri palatii ponit palleum ſuper altare, quod ipſe Prior propria manu debet parare: & ſtatim Archidiaconus cum*

ſecun-

Digitized by Google

Accipe gladium deſuper beati Petri corpore ſumptum (a) ; *per noſtras manus , licet indignas , vice tamen & auctoritate beatorum Apoſtolorum conſecratas imperialiter tibi conceſſum , noſtraeque benedictionis officio in defenſionem ſanctae Dei Eccleſiae divinitus ordinatum ad vindictam malefactorum , laudem vero bonorum & memor eſto de quo Pſalmiſta prophetavit , dicens : Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime : ut in hoc vim aequitatis per eumdem exerceas , molem iniquitatis potenter deſtruas , & ſanctam Dei Eccleſiam eiuſque fideles propugnes , ac protegas ; nec minus ſub fide falſos , quam Chriſtiani nominis hoſtes exſecres ac diſpergas ; viduas , ac pupillos clementer adiuves , ac defendas ; deſolata reſtaures , reſtaurata conſerves ; ulciſcaris iniuſta , confirmes bene diſpoſita : quatinus in hoc agendo , virtutum triumpho glorioſus , iuſtitiae cultor egregius , cum mun-*

ſecundo Diacono dant in manu Pontificis , & ſolus Archidiaconus dicit Pontifici : Accipe palleum , plenitudinem ſcilicet pontificalis officii, ad honorem omnipotentis Dei , & glorioſiſſimae Virginis eius genitricis , & beatorum Apoſtolorum Petri , & Pauli & ſanctae Romanae Eccleſiae ; *& nihil aliud . Statimque ipſe Archidiaconus cum Priore baſilicario aptat idem palleum ſuper Pontificem ; & intromiſſis ſpinulis aureis tribus ante , & retro , & ſiniſtro latere , in capite quarum ſunt innixi tres hyacinthini lapides : & ſic ornatus accedit Pontifex ad altare , & ibi celebrat honorifice Miſſam .*

(a) Nota ſingulare privilegium novi Imperatoris enſem ſumendi de corpore beati Petri , quo in ſolemni ſua inauguratione accingitur ; nam in coronatione Regum enſis non tollitur de corpore beati Petri ; ut idem Caietanus advertit loc. cit. pag. 408. ubi *de unctione & coronatione Regis* haec notat : " Iis geſtis, ad altare „ accedat Dominus Papa , & gladium evaginatum de vagina „ ſumit , & Regi tradit , dicens , „ *Accipe gladium &c.* uſque ad finem ; hoc ſalvo quod ubi dicitur , *deſuper corpore beati Petri* „ *ſumptum* , vel omittatur , vel „ dicatur , *de ſacro altari ſumptum* , „ & etiam ubi dicitur , *imperialiter* , dicatur , *regaliter* . His verbis completis , accingit illi enſem iterans iam dictum , *Accingere &c.* uſque in finem . Mox „ autem ut coronandus accinctus „ enſe fuerit , Rex extrahit eum „ de vagina , viriliterque illum „ vibrat ter , & vaginae continuo recommendat . Eo igitur „ ſic accincto , & beati Petri milite mirabiliter facto , ſubſequenter Apoſtolicus de altari „ diadema ſumit , & ponit in capite regis &c. "

mundi Salvatore, cuius typum geris in nomine, ſine fine regnare merearis.· Qui cum Deo. His verbis expletis, accingit illi enſem iterans ita dictum, *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime, & attende quia ſancti non in gladio, ſed per fidem vicerunt regna.*

Clemens V. R. P., electus an. 1305., in Bulla, qua Canonicis & Beneficiatis choro Vaticanae baſilicae inſervientibus indulget, ut quorumlibet beneficiorum ad quaſcumque Eccleſias pertinentium fructus percipere valeant, quotidianis diſtributionibus dumtaxat exceptis. Bullar. Vatic. Tom. 1. pag. 244.

Ille, qui ſolus Romanam fundavit Eccleſiam, & ſupra firmam petram fidei mox naſcentis Eccleſiae beato Petro aeternae vitae Clavigero, caeleſtis & terreni ſimul imperii iura committens, inſignem eius baſilicam ad honorem ipſius in Urbe conſtructam, & ſui nominis vocabulo inſignitam, tanto maiori veneratione conſtituit digniorem, quanto ipſam ceteris amplioris dignitatis privilegio praecellere, & uberioris titulo laudis, & gloriae voluit decorari. In ea namque ſui pretioſiſſimi vultus imaginem, quam Veronicam fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari: In ea glorioſiſſimum corpus eiuſdem aetherei Ianitoris, ac innumerabilium martyrum, aliorumque ſanctorum venerandas reliquias collocavit, ut quo plura in ipſa veneranda concurrerent, eo amplior erga eam cunctorum devotio & reverentia creſceret, & ad ipſam conflueret fidelium multitudo, dans Domino laudem & gloriam, & pietatis officio venerans, ut ipſo aperiente, qui a Domino claves Regni caelorum accepit, caeleſtis aulae ianua reſeretur. Cupientes igitur &c. Datum apud Caſtrum ſancti Cirici prope Lugdunum VIII. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno primo (1306.)

Iohannes XXII. R. P., electus an. 1316., in Bulla, qua certas oblationes ac redditus in quotidianarum diſtributionum ſubſidium Vaticano Clero elargitur. Bullar. Vatic. Tom. 1. pag. 254.

Ad

Digitized by Google

Ad baſilicam beati Petri Principis Apoſtolorum de Urbe, in qua eiuſdem glorioſi Apoſtoli corpus venerabile requieſcit, & in qua praeter innumera ſanctorum corpora ibidem quieſcentia, quibus eadem decoratur, Redemptor noſter vultus ſui venerandam imaginem, quam Veronicam fidelium vox communis appellat, voluit collocari; eo magis praecipuum zelum gerentes ardoris, quo digne ipſam cognoſcimus excellentius honorandam, ſummo deſiderio cupimus, ut cultus ibidem augeatur Divinus &c. Datum Avenioni Idus Auguſti, anno tertio (1319.)

Benedictus XII. R. P., electus an. 1334., in Bulla, qua quae praedeceſſor Iohannes Pontifex de Vaticana S. Petri baſilica, ac Palatiis Pontificiis inſtaurandis decreverat, exſecutioni mandari iubet. Bullar. Vatic. Tom. 1. pbg. 287.

Licet de cunctis Orbis Eccleſiis curae noſtrae divina diſpoſitione commiſſis, ut praeſervari valeant a noxiis, curam habere vigilem debeamus; ad baſilicam tamen Principis Apoſtolorum de Urbe, in qua ſanctum corpus ipſius celebri memoria requieſcit, eo praecordialius mentis oculis contemplamur, quo ipſam amplioris dilectionis praerogativa proſequendam, & potioribus honoribus conſpicimus eſſe dignam. Sane ad noſtri Apoſtolatus pervenit auditum &c. Datum Avenioni ſecundo Non. Martii anno primo (1335.)

Innocentius VI. R. P., electus an. 1352., in Bulla, qua Caroli IV. Romanorum Regis, eiuſque uxoris Annae Reginae coronationem in Vaticano templo habendam, Petro Oſtienſi & Veliternenſi Epiſcopo, & Aegidio S. Caeciliae Cardinalibus demandat, ritum in ipſa celebritate ſervandum praeſcribit. Bullar. Vatic. Tom. 1. pag. 354.

Cum lecta fuerit Epiſtola & Graduale decantatum, Imperator aſcendat proceſſionaliter ad altare, ubi Summus Pontifex imponit ei mitram Clericalem in capite, ac ſupra mitram Imperatorium diadema, dicens: Accipe ſignum gloriae diadema Regni, coronam Imperii, in nomine Patris ✠ & Filii ✠

Filii ✠ & Spiritus Sancti ✠, ut ſpreto antiquo hoſte, ſpretiſque contagiis vitiorum omnium, ſic iuſtitiam, miſericordiam, & iudicium diligas, & ita iuſte, miſericorditer & pie vivas, ut ab ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto in conſortio ſanctorum aeterni Regni coronam percipias, qui cum Patre &c. Deinde ſceptrum, & pomum aureum tradit ei, & poſt cetera gladium, ita dicens: Accipe gladium de ſuper B. Petri Apoſtoli corpus ſumptum (a) per noſtras manus licet indignas, vice tamen & auctoritate beatorum Apoſtolorum conſecratas, imperialiter tibi conceſſum, noſtraeque benedictionis officio in defenſionem ſanctae matris Eccleſiae divinitus ordinatum ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; & memor eſto, de quo Pſalmiſta prophetavit dicens: Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime &c. Datum Avenioni ſecundo Kalendas Februarii, anno tertio (1355.)

Idem in Bulla, qua ſacras aedes, & bona quamplura, nec non privilegia a Praedeceſſoribus Romanis pontificibus collata, Canonicis Vaticanae baſilicae confirmat. Bullar. Vatic. Tom. 1. *pag.* 363.

Etſi cunctas Eccleſias, & loca Eccleſiaſtica, quorum nobis licet immeritis cura imminet generalis, favoribus proſequi delectemur; id tamen tanto amplius de baſilica Principis Apoſtolorum intentis deſideriis affectamus, quanto illam ob ipſius Principis reverentiam, & honorem inter alias Orbis Eccleſias decet, & convenit maioribus decorari gratiis, & privilegiis communiri. Ea propter, dilecti in Domino filii, ad

(a) Non ſolum pallia pro Archiepiſcopis & Patriarchis, & enſes pro Imperatoribus de corpore D. Petri ſumebantur, ſed etiam orarii imponendi collo ordinandorum, teſtibus pervetuſtis Caeremonialibus, ab eodem ſacerrimo loco pariter ſumebantur. *Accedens autem Archidiaconus*, ſic Ordo Romanus IX. inter Mabillonianos Tom. 2. Muſ. Ital. pag. 40., *tollit orarios de Confeſſione, qui deheſterna die repoſiti ſunt ibi; imponit ſuper eos: & Pontifex induit eos planetis, & ſtant induti.*

Digitized by Google

ad inſtar felicis recordationis Gregorii Papae IX. praedeceſſoris noſtri baſilicam ipſam, in qua ipſius Principis venerabile corpus celebri memoria requieſcit, uni Deo vivo & vero, in honorem eiuſdem Principis dedicatam, quaſi praecipuam Apoſtolici Praeſulis ſedem, una vobiſcum, & omnibus ad veſtram Canonicam pertinentibus, ſub ipſius Principis ſimul ac noſtra ſpeciali tutela ſuſcipimus, & praeſenti privilegio communimus: Statuentes &c.

Iohanna Regina Siciliae & Hieruſalem, Ducatus Apuliae, Principatus Capuae, Provinciae & Folcalquerii ac Pedemontis Comitiſſa, an.1368. donat Vaticano Capitulo quinquaginta uncias argenti. Bullar. Vatic. Tom. 2. pag. 10. Romae 1750.

Etſi alicui ſanctorum Curiae caeleſtis ſumus obnoxiae, & devotione piiſſima obligatae, ad venerationem eiuſdem ad Apoſtolorum Principem, eiuſque baſilicam, in qua eius venerabile corpus celebri memoria requieſcit, & in qua noſtri progenitores clarae memoriae Carolus primus & ſecundus Regni nunc noſtri Siciliae inveſtituram, unctionem ſacram, & diademata ſuſceperunt, & per cuius Principis interceſſionem pro nobis ad Dominum, & preces ſedulas & devotas miniſtrantium in eadem nos regnaſſe, ac inpoſterum regnaturam feliciter divina favente gratia confidimus, uberiorem debemus devotionem habere, & ipſos proſequi favoribus gratioſis. His itaque rationibus motae, & pro animae noſtrae remedio, dictae baſilicae Canonicis & Capitulo ipſius Eccleſiae annuas uncias quinquaginta de carlenis argenti generalis ponderis percipiendas perpetuo per ipſos vel eorum procuratores & nuncios anno quolibet in feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli de menſe Iunii occurrente de hoc praeſenti anno ſextae Indictionis, & deinceps perpetuo in eodem feſto &c. gratioſe duximus concedendas donandas & inperpetuum aſſignandas.

MONU-

MONUMENTA
SAECULI XV.

Alexander V. R. P., electus an. 1409., *litteris ſub Bulla, quibus ea, quae Pontificii iuris ſunt ex oblationibus maioris altaris & aliorum liberaliter concedit per quadriennium in baſilicae inſtaurationem, & huiuſmodi curam exactionis demandat Archipreſbytero, qui eam delegat Vicario. & Canonico eiuſdem baſilicae. Bullar. Vatic. Tom.* 2. *pag.* 70.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto Filio Antonio tituli ſancti Marci Presbytero Cardinali ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Etſi cunctarum Eccleſiarum nos ſolicitudo ſolicitet, ſi quotidiana ipſarum ad nos pulſet inſtantia, praecipue tamen excitat mentem noſtram, ut cura baſilicae Principis Apoſtolorum de Urbe velut cunctarum Eccleſiarum ſpeculum, & exemplar ordine debito dirigatur, decenter in eius fabrica reſtauretur, temporalibus adaugeatur ſubſidiis, & ſpiritualibus ſemper proficiat incrementis &c. Ideoque tibi tenore praeſentium per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, quatenus omnes, & ſingulas pecunias, ſeu oblationes, quae per fideles ipſos ad maius altare eiuſdem baſilicae, in quo dicti beati Petri, & beati Pauli Apoſtolorum venerandae reliquiae conſervantur, ac omnium aliorum altarium in ipſa baſilica exſiſtentium pro partibus nobis contingentibus infra quatuor annos a data praeſentium computandos fient, expenſis cerae, olei, luminum, & aliorum m̃tiorum, prout fieri conſuevit hactenus, dumtaxat exceptis, in reparatione praedicta fideliter, & integre convertendas, quas ad hoc de ſpeciali munificentia Apoſtolica tenore praeſentium deputamus &c. Datum Bononiae ſecundo Idus Februar. Pontificatus noſtri anno primo (1410.)

Maphaeus Vegius Laudenſis , Canonicus baſilicae Vaticanae , obiit circa an. 1457. *In lib.* 3. *n.* 85. *de rebus antiquis memorabilibus eiuſdem baſilicae apud Bolland. Tom.* 7. *Iun. pag.*75. *Antuerpiae* 1717.

Haud mirari etiam quemquam oportebit, ſi baſilicam S. Petri, quam Deus tantis tamque admirabilibus ſignis illuſtravit, ſummi utique Pontifices ſumme dilexerunt, ſummis quoque favoribus & privilegiis ſupra ceteras omnes extulerunt. Quo loco quod primum occurrit, non indignum illud memoratu videtur; quod cum Romani Pontifices Archiepiſcopis & Patriarchis pallium per omnem orbem miſſuri eſſent, non alium, quam hunc ipſius ſanctiſſimi altaris locum, ubi res tantae dignitatis tantaeque praeeminentiae conſecraretur, digniorem electioremque advertere potuerunt. Unde illud fit, quod legatus ſanctae Romanae Eccleſiae dicit: Accipe pallium, de corpore beati Petri ſumptum, in plenitudine officii tui. Quorum conſecrationem, cum locum ipſe, quem ſub altari poſitum, Confeſſionem B. Petri appellant; tum proceſſionis devotio officiique ſolemnitas, maximam iure merito ſanctiſſimamque videri facit. Nam praeter Pſalmos Poenitentiales, & Litanias, ac cetera ſacrarum orationum myſteria eaedem etiam, quae in Apoſtoli Petri die feſto ſolent, vigiliae magna cum exſultatione decantatae, celebrantur. Cui accedebat aliud, quod nunc neſcio qua cauſſa exolevit, non modicum hilaritatis & laetitiae monumentum. Nam perfectis divinis conſolationibus, tum conſolari corpore incipiebant; exhibebaturque omnibus abundanter optimum vinum, optimis aromatibus medicatum.

Alexander VI. R. P., electus an. 1492., *in Bulla, qua decernit quo tempore Iubilaei annus primus incipiat, ſtatuitque ut pleniſſima ſanctioris anni indulgentia etiam defunctorum animae iuvari poſſint. Bullar. Vatic. Tom.* 2. *pag.* 319.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Inter curas &c. Cum itaque annus Iubilaei,

laei, remiſſionis, & gaudii, ac reconciliationis humani generis noſtro piiſſimo Redemptori, qui quolibet anno centeſimo ab illius primaeva ordinatione per fel. rec. Bonifacium VIII. inſtitutus, & deinde Clementem Sextum ad quinquageſimum, ac ſucceſſive per Gregorium XI. ad trigeſimum tertium, & poſtremo ad vigeſimum quintum annos per piae mem. Paulum II. Romanos Pontifices praedeceſſores noſtros, propter humanae vitae brevitatem reductus fuit, inſtare noſcatur, ſitque vere ille centeſimus annus, qui ab illa primaeva ordinatione fuit inſtitutus, & in quo univerſi Chriſtifideles quibuſcumque etiam graviſſimis delictis obnoxii, vere poenitentes & confeſſi, viſitando baſilicas, & Eccleſias almae Urbis, & extra eam ad id deputatas, illarumque maiora altaria, ob Paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac Apoſtolorum, nec non martyrum, aliorumque Sanctorum merita, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam conſequuntur, & propterea ab omnibus Chriſtifidelibus cum maiori frequentia, & devotione non immerito celebrandus; cupiamuſque toto cordis affectu animas lucrifacere Creatori, dictumque annum Iubilaei ab ipſis fidelibus cum omni debita & ſingulari devotione frequentari, ac fideles ipſos ad dictam Urbem pro reverentia beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Principum, qui eam martyrio ſuo conſecrarunt, & in quorum baſilicis ſub illarum maioribus altaribus illorum corpora glorioſa, & in altari Eccleſiae Lateranen. capita recondita conſervantur, ac indulgentiis dicti deſuper Iubilaei conſequendis undecumque perſonaliter accedere, Nos &c. Datum Romae apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicae milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono, tertiodecimo Kalendas Ianuarii, Pontificatus noſtri anno octavo.

OPERIS CONCLUSIO.

AD metam ecce pervenimus chronologicae ſeriei monumentorum, exſiſtentiam Principis Apoſtolorum corporis in Vaticano clare comprobantium, quemadmodum in Praefatione polliciti ſumus. Hic finis erit faciendus: ſed ad tollendam ambiguitatem quamdam, quae conflari poſſet ex aliquo monumento ſaeculi XIV. *&* XV., *oportet, ut aliquantiſper in hoc immoremur, ut nulla omnino dubitatio ſuperſit circa argumentum, quod pertractandum ſuſcepimus. Haec porro ambiguitas oriri poteſt ex Bulla Bonifacii VIII., quam inter documenta retulimus ſaeculi* XIV., *in qua id fertur, quod in Vaticana baſilica* beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ..... reliquiae ..... requieſcunt; *& ex altera Alexandri V. in ſaeculo* XV. *inſerta, ubi notatur, quod in eadem baſilica* beati Petri, & beati Pauli Apoſtolorum venerandae reliquiae conſervantur. *In Vaticana ergo Confeſſione, lector inquiet, non ſolum ineſt S. Petri corpus, ſed & alterum S. Pauli, cum perſpectum ſit, in veteribus monumentis ſub* reliquiarum *nomine integra etiam corpora facile intelligi. Addet, Bonifacium non modo in Bulla a nobis relata, ſed in aliis etiam annorum* 1300., 1301., *&* 1303. *inſertis in citato Bullario Vaticano* (a) *eadem prorſus uti ſignificatione; atque hanc proinde ad excogitatam ab ipſo exſiſtentiam reliquiarum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli in Vaticana Confeſſione, non ad aequivocam, ac ſimplicem expreſſionem eſſe referendam. Huiuſmodi obiectioni facile eſſet eadem noſtra chronologica ſerie reſpondere, ex qua cum conſtans & ante, & poſt Bonifacium Romanae Eccleſiae traditio evincatur de unius corporis S.Petri in Vaticano exſiſtentia, nulla quidem eſt habenda ratio contrariae paucorum aſſertionis.* Id verius, quod prius, *Tertullianus aiebat* (b); *& recte quidem aiebat, cum manifeſtam hiſce verbis afferat rationem*: In quantum enim falſum corruptio eſt veri, in tantum praecedat, neceſ-

(a) Tom. 1. pag. 226., 228., & 237.

(b) Lib. 4. contra Marcionem cap. 4.

Digitized by Google

neceſſe eſt, veritas falſum, prior eſt enim res paſſione. *Idemque alibi (a) ad rem noſtram animadvertit* : id extraneum & falſum quod poſterius immiſſum. *Nos vero nolumus quaeſtionem tam paucis dimittere; ſed & inveſtigare originem, & verum fateri nobis proponimus.*

Ac primo quidem, ut in eadem chronologica ſerie viſum eſt, Bonifacius inter Romanos Pontifices prior eſt, qui de Vaticana baſilica ſermonem habens, non unius S. Petri, verum etiam S. Pauli reliquias commemoret. Invaluit ſuis prope temporibus vulgaris quaedam opinio, S. Silveſtrum amborum Apoſtolorum oſſa diviſiſſe ac partim in templo S.Petri in Vaticano, partim in altero S.Pauli in via Oſtienſi repoſuiſſe. Ex verbis Bullae Bonifacii videtur ipſe hanc opinionem ſequutus; licet ſucceſſores eius (niſi forte Alexandrum V., & pauciſſimos alios excipias) perantiquae atque conſtanti potius adhaererent, venerari nimirum in Vaticano corpus Principis Apoſtolorum, & in Oſtienſi via alterum Doctoris Gentium. Unde vulgaris haec opinio ortum ſumpſerit, illud nobis videtur palam depromere, quod Iohannes Belethus Theologus Pariſienſis, qui floruit ſaeculo XII., *circa an.* 1162. *retulit in eius libro, cui titulus* : Divinorum officiorum, ac eorumdem rationum brevis explicatio, *ad cap.* 139. de diviſione Apoſtolorum. *En quod ipſe habet (b)*: De feſto diviſionis Apoſtolorum magnae auctoritatis ſcriptores varii diſſentiunt. Quidam enim volunt diviſionem hanc intelligendam eſſe quaſi quae Hieroſolymae poſt duodecim annos facta eſſet, quum videlicet Apoſtoli partiti ac ſeparati fuerint ad concionandum ethnicis (c). Nonnulli vero putant,

(a) De Praeſcription. cap. 31.

(b) Pag. 366. Venetiis 1577.

(c) *Apoſtolorum diviſio*, ſeu *feſtivitas diviſionis Apoſtolorum* in veteribus, ſane non paucis, Martyrologiis, & Calendariis indicatur. Ex precibus, quae in nonnullis Eccleſiis eamdem feſtivitatem adhuc recolentibus recitantur, patet eius inſtitutionem repetendam eſſe ab Apoſtolorum diviſione, cum nempe ſive Hieroſolymis, ſive in loco a Hieroſolymis non multum diſtto convenerunt eo conſilio, ut terras omnes ad praedicandum Evangelium inter ſe partirentur. Tunc forte accidit, ut Apoſtolicum Symbolum colla-

Digitized by Google

putant,feſtum hoc eſſe accipiendum de diviſione Petri,& Pauli; illa videlicet , de qua ſuperius mentio facta eſt . Illam enim tali die factam fuiſſe arbitrantur, quod utique bene fieri potuit . *Quae autem eſſet ipſa diviſio , ita in cap. praecedenti* 138. de feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli *eam deſcribit* : Eorum corpora fuere eodem loco, eodemque ſepulcro poſita, ubi multo tempore ſimul permanſerunt . Sed ad fidem Chriſtianam converſo Imperatore Romano, & Chriſtiana religione magis ac magis creſcente, utrique Apoſtolo ſuam peculiarem aedificaverunt Eccleſiam , & cum vellent corpora ſeparare , dubitarentque quaenam oſſa Petri , & quae Pauli eſſent , illis orantibus ieiunio peracto , reſponſum eſt caelitus , maiora eſſe praedicatoris, minora vero piſcatoris . Atque ita ſane ſeorſum a ſe mutuo oſſa fuere ſeparata, & in ſuis Eccleſiis poſita. *Hoc vulgaris erroris eſt initium,ſed non omne, propterea quod iuxta Belethum ſacra corpora in ſingulis utriuſque Eccleſiis repoſita fuerint. Eodem ſaeculo* XII. *in finem vergente Romanus Canonicus, is videlicet , qui additiones appoſuit hiſtoriae Vaticanae baſilicae a Petro Manlio compactae, atque ibidem ſcripſit* (*a*) ante aditum, qui intrat Confeſſionem B.Petri,eſt altare Apoſtolorum Petri,& Pauli,*ſubdit*, ubi eorum oſſa pretioſa, ut dicitur, ponderata fuere. *Atque hinc alius errori factus eſt locus. Poſteriori vero ſaeculo* XIII. *tandem*

dem

collatis conſiliis condiderint, quo Chriſtiani veluti propoſita teſſera fidei unitatem ſecurius profiterentur. In Eccleſia Aſtenſi ad diem xv. Iulii *feſtum diviſionis Apoſtolorum* recurrit hac adhibita oratione : *Deus, qui hodierna die diviſionem Apoſtolorum tua providentia fieri praeordinaſti ; ut in tua fidei gratia gentium diſperſa convocaretur Eccleſia : da nobis per ſupplicationem ipſorum veniam noſtrorum promereri peccatorum , per quorum praedicationem , ad tui nominis pervenimus agnitionem .* Concinit alia oratio , quae ſub eadem die habetur in Breviario edito Campidonae an. 1754. : *Deus , qui in tuorum diviſione Apoſtolorum gentium multitudinem in unitate fidei ad agnitionem tui ſancti nominis convocaſti : aures tuae pietatis Eccleſiae precibus inclina , & concede ; ut quorum praedicationis inſtantia te cognovimus , horum obtentu in confeſſione veritatis tuae fideliter , firmiterque maneamus .*

(*a*) Cap. 6. num.13. apud Bolland. Tom.7. Iun. pag. 48.

Digitized by Google

dem errori cumulus acceſſit ex eo, *quod ſcripſit Guillelmus Durandus his verbis* (*a*) *:* Petrus in urbe crucifixus eſt : Paulus vero, quia ſicut legitur in actibus Apoſtolorum, civis Romanus erat, quamvis natione Tharſenſis eſſet, extra muros urbis decollatus, quae poena honeſtior videbatur, & de ipſo lac pro ſanguine legitur profluxiſſe. Verum cum procedente tempore Conſtantinus Imp. in honorem utriuſque Eccleſias conſtruxiſſet, & Romanus Pontifex vellet eorum corpora ſeparare, & dubitaretur, quae cuius oſſa forent : divinitus reſponſum eſt: Maiora oſſa ſunt Praedicatoris, minora Piſcatoris, & ſic ad invicem ſeparata ſunt, & in propriis Eccleſiis collocata. Poſtmodum vero Silveſter Papa, volens Eccleſias ipſas conſecrare, tam parva quam magna oſſa ex aequa lance cum ſumma reverentia ponderavit, & unam medietatem in una Eccleſia, & aliam in alia collocavit. Unde quidam faciunt feſtum de hac diviſione officium in nonis vel octavo Idus Iulii, quia tali die facta fuit : alii illud faciunt XV. vel XVI. die eiuſdem menſis. Alii vero dicunt, quod feſtum diviſionis Petri, & Pauli, quod celebratur die illa, ſit propter illam diviſionem, quae facta eſt in Hieruſalem, poſt duodecim annos, quando ſeparati ſunt ad praedicandum gentibus. *En magis magiſque confirmatus error*. *Recte quidem aiebant ii*, *qui opinabantur*, *feſtum diviſionis Apoſtolorum quodvis aliud portendiſſe*, *quam ſuppoſititiam corporum partitionem* ; *ſed nihilominus ea partitionis opinio praevaluit in vulgus*, *ac dein ab aliis ſcriptoribus adſcita fuit*, *&* *praeſertim a S. Antonino Florentiae Archiepiſcopo* (*b*). *Ad huius erroris*

(*a*) Lib. 7. cap. 15. num. 1. Rational. divin. offic. pag. 292.

(*b*) In Hiſt. Part. 1. tit. 6. c. 5. n. 4. poſt narratum martyrium Principis Apoſtolorum, haec addit : *Tempore autem ſancti Cornelii Papae* (*ut habetur in legendis*) *Graeci fideles Apoſtolorum corpora furati eadem aſportabant*. *Sed daemones in ſimulacris habitantes divina virtute coacti clamabant*. *Viri Romani ſuccurrite*, *quia dii veſtri auferuntur*. *Quapropter fidelibus intelligentibus de Apoſtolis*, *gentilibus vero de ſuis diis*, *multitudo ſimul fidelium & infidelium aduna-*

Digitized by Google

roris tramites, diu poſt Romani Canonici tempora, condita etiam fuit inſcriptio & poſita in altari SS. Apoſtolorum, ſupra quod ipſe opinatus eſt ponderata fuiſſe eorum oſſa, ac propterea dictum de oſſibus Apoſtolorum (a); *quae hodie etiam cernitur in auſtrali navis maioris parte baſilicae Vaticanae in quadrata tabula porphyretica aenea create munita, quae vetus altare putatur, duobus verſibus inſculpta, atque bis concepta verbis:*

SVPER ISTO LAPIDE PORFIRETICO FVERVT DIVISA OSSA

SCOR APLOR PETRI ET PAVLI

ET PONDERATA PER BEATV SILVRM PPAM SVB ANNO

DNI . CCC XIX. QN FCA FVT. I. ECCA

Mirandum quidem eſt, Bollandiſtam Conradum Ianningium (b) huiuſce inſcriptionis antiquitatem repetere uſque a ſaeculo IX. *palam ſibi adverſante pro anteriori tempore deſignatione illa* Anno Domini, *cum ceteroquin forma ipſa characterum eam multo poſteriorem declа-*

adunata illos perſequitur. Unde timentes Graeci corpora ipſa Apoſtolorum apud catacumbas in puteum proiecerunt: ſic a fidelibus postea extracta ſunt. Sed quum dubitarent, quae eſſent oſſa Petri, & quae Pauli, orantibus fidelibus & ieiunantibus de caelo reſponſum eſt: maiora eſſe praedicatoris, minora piſcatoris. Et ſic ſeparata ſunt in ſuis Eccleſiis collocata. Vel ſecundum alios a beato Silveſtro Papa in conſecratione Eccleſiarum illorum magna cum parvis ab eo ponderata: & pro medietate in ipſis Eccleſiis collocata. Hodie tamen capita Apoſtolorum Petri, & Pauli mirabiliter auro, & argento, & gemmis exornata in Eccleſia Lateranenſi ſancti Iohannis repoſita populo oſtenduntur.

(a) Altare maius baſilicae Vaticanae ſuper Confeſſionem, ſeu ſuper Principis Apoſtolorum corpus, ab antiquis uſque temporibus dicatum eſt Deo in honorem eiuſdem Principis Apoſtolorum, propterеaque confundi haud debet cum memorato altari SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli, quod olim in eadem baſilica exſtabat, quodque poſtmodum *de oſſibus Apoſtolorum* fuit nuncupatum. *In Aſcenſione Domini* (ita liber Caeremonialis temporibus Gregorii X. ſcriptus apud Torrigium *le ſacr. Grott. Vatic.* pag. 234.) *venit Pontifex, celebrat, & incenſat altare maius, aliud, quod eſt infra in Confeſſione, & tertium quod eſt extra in exitu Confeſſionis, in quo ponderatae fuerunt reliquiae BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli.*

(b) Tom. 7. Iun. pag. 124.

claret; & ſi e ſilentio argumentum petere lubeat, nos opus ſaeculi XV. *poſt Maphaei Vegii tempora arbitramur. Is nimirum unius corporis S. Petri in Vaticano exſiſtentiam agnoſcens, nullam in hiſtoria ſua de praefata inſcriptione fecit mentionem. Quod ſi temporibus exſtitiſſet ſuis, illam referre non praetermiſiſſet, quemadmodum erga tot alias ſe geſſit; imo materies ipſa prae ceteris ipſum ad hoc invitaſſet, ac fortaſſe hac inſcriptione deceptus, vulgarem & ipſe adoptaſſet opinionem, quod nimirum S. Silveſter diviſerit, ac ponderaverit oſſa SS. Apoſtolorum, quod habet inſcriptio, ut denuo reponeret, quod in inſcriptione deſideratur, ſed refert Durandus, aequam in Vaticano, atque in via Oſtienſi portionem. Maior vero ſubit admiratio, eumdem Bollandiſtam videri id omnino ſpectaſſe, ut materialem hanc ſacrorum corporum partitionem, atque in duabus baſilicis repoſitionem adſtrueret. Nihil ipſe reveritus antiquitatem, quae ad ſaeculum uſque* XII. *numquam corpora Apoſtolorum Petri, & Pauli confudit, ſed eorum ſingula in ſuis ſepulcris atque baſilicis venerata eſt, propoſitum ſuum haerere voluit non modo in relata inſcriptione, verum etiam in alia, quam refert Torrigius* (a) *tamquam ſuo tempore exſiſtentem in ara maxima baſilicae S. Pauli, his verbis: " Dirimpetto al pilo vi è l' altare, ſotto al quale giace la metà de' corpi „ de' SS. Pietro, e Paolo poſtivi da S. Silveſtro I., eſſendo l' altra „ metà in S. Paolo, dove ſopra l' altar maggiore ſi legge così ":* Sub hoc altare requieſcunt glorioſa corpora Apoſtolorum Petri, & Pauli pro medietate: reliqua autem medietas repoſita eſt in S. Petro: capita vero in S. Iohanne Laterano. *Huius vero antiquitas praecedenti eſt etiam haud parum inferior. Cornelius Margarinius, qui tranſacto ſaeculo monachus vixit in contiguo eidem baſilicae monaſterio, quique anno* 1654. *diligenter collegit, typiſque mandavit omnes ipſius inſcriptiones, nullam de hac mentionem fecit, vel quia lignea cum eſſet, haud amplius exſiſtebat, vel potius quia cum recens opus merito arbitraretur, non tanti aeſtimavit, ut in ſua collectione illam insereret. Huiuſmodi inſcriptionem non inſculptam fuiſſe in marmore, ſed in ligno depictam,*

Hh *evin-*

(a) Le ſacre Grotte Vaticane pag. 49.

evincit exemplum illius, quae nunc etiam in ara ſuperimpoſita Confeſſioni S. Pauli picta legitur in geminis tabulis ligneis, atque ita ſe habet:

S V B H O C A L
T A R I R E Q V I
E S C V N T C O R
P O R A S A N C T O
R V M A P O S T O
L O R V M P E
T R I , E T P A V
L I P R O M E
D I E T A T E

At altera non recens, ſed ſaeculi V., *quae opere muſivo in arcu maiori eiuſdem baſilicae legitur, aliter omnino innuit:*

TEODOSIVS CEPIT PERFECIT ONORIVS AVLAM
DOCTORIS MVNDI SACRATAM CORPORE PAVLI

Tum accedit alia marmorea ſaeculi VIII. *in eadem baſilica in media navi ad laevam introeuntium exſiſtens, quae Apoſtoli Pauli corpus tantum indigitat his verbis:*

✠ IN N DNI . DI SALVATORIS N
IHY XPI . BREVE . FACTA . A ME
GREGORIO . TERTIO . PAPAE .
. DE OBLATIONES . QVAE . OFFER
RE . DEBENTVR . PER . SINGVLOS
DIES . IN . ECCLESIA . BEATI .
PAVLI . APOSTOLI . STATVI .
ENIM . OFFERRI . IDEST . IN .
PRIMA . MISSA . AD . COR
PVS . OBLATAM . VNAM . IN . SEC
VNDA MISSA . AD . SCM . TIMOTHEVM
OBLATAM . VNAM . IN . TERTIA . MI
SSA . AD . IMAGINEM . SALVATORIS
QVI . ET . APOSTOLORVM . OBLATA
VNAM . IN . QVARTA . MISSA AD
SCM . GREGORIVM . AD . IANVAS

OBLA-

Digitized by Google

OBLATAM . VNAM . DE . INDE . IN .
MISSA . QVINTA . AD . ALTARE
MAIORE . OBLATAS . DVAS . QVOD
SIMVL . FIVNT . COTIDIANIS . DI
EBVS . OBLATAS . SEX . QVAE
AB . ECCLESIA . OFFERANTVR . IN
BASILICA . TVA . DOMINE . MEVS .
BEATE . PAVLE . APOSTOLE . QVE
BREVES . TITVLVM . AVCTORITA
TE . APOSTOLICA OMNI TEMPO
RE . CONFIRMAMVS . SVB .
ANATHEMATIS . INTERDI
CTV . VT NVLLI . LICEAT . SVC
CESSORVM . NOSTRORVM
MINVERI . PRAEDICTAS . OBLA
TIONES . SED . SI . VOLVERIT . AD
LAVDEM . ET . HONOREM . EIVS
DEM . BEATI . PAVLI . APOSTOLI .
AVGERI . AVGEAT . NOS . VERO
IDEO . DEDIMVS HOC MAIORE AL
TARE MONACHI . VT HEC OMA FIANT
OMNI . TEMPORE .

Alteram inſcriptionem ſaeculi certe XII. *affert citatus Bollandiſta, quae & hodie legitur in marmoreo ſepulcro celebris Petri Leonis, quod exſtat in atrio baſilicae S. Pauli. En illius exemplum ex archetypo diligenter exſcriptum* :

✠ TE PETRVS ET PAVLVS
SERVENT PETRE LEONIS
DENT ANIMA CELO qVOS
TAM DEVoTVS AMASTI ..
ET QIBs EST IDEM TVMV
LVS SIT GLORIA TECVM

Id porro ipſe ex hac inſcriptione deducit : Aliud hinc non ſumo, quam quod eadem traditio ac opinio de diviſis bifariam corporibus Apoſtolorum, iam tum viguit in baſilica S. Pauli ; quae temporibus Romani Canonici eodem ſaeculo tenuit in S.Petri. *Optime quidem , ſed ſi inſcriptio baec ad unitatem ſepulcri referatur , illud aperte conſequitur , auferendum quoque eſſe a Vaticano dimidium corporis S.Petri, quod & Bollandiſta conſentit . Unuſquiſque tamen videt, relatam inſcriptionem, licet inſculptam tempore, quo iam invaleſcere coepit vulgaris opinio de diviſione corporum Apoſtolorum, non ad unitatem ſepulcri adludere, ſed loci ; cum terni conveniant in eo, quod Romae ſepulti ſint . Neque his tantum argumentis rem conficere ſtudet Ianningius, ſed aliud addit ex Homil.* 32. *deſumptum in epiſt. ad Romanos D. Iohannis Chryſoſtomi, quam retulimus inter monumenta ſaeculi* IV. , *ubi ſanctus Doctor ſic inquit* : Cogitate & exhorreſcite, quod ſpectaculum viſura ſit Roma, Paulum videlicet ex illa theca cum Petro reſurgentem & ſublatum in occurſum Domini. *Verba haec Bollandiſtae adeo perſpicua videntur ad comprobandam tumuli unitatem, ut nihil ſupra ; verum ſi S. Iohannes Chryſoſtomus, qui Romae numquam fuit, verbis iiſdem ſuis explicandus eſt, patet ex duobus aliis teſtimoniis a nobis relatis , diſtinctum ipſum habuiſſe S. Petri ſepulcrum ab altero S. Pauli*. Ad ſepulcra piſcatoris, & tentoriorum opificis accurrunt Imperatores, *ait in declaratione contra Iudaeos , atque Ethnicos*, quod Chriſtus ſit Deus ; *& in Homil. ſuper epiſt. 2. ad Corinthios*, ſepulcra eorum , qui crucifixo ſervierunt , regias aulas ſplendore vincunt, *cum eo quod ſequitur . Verum Bollandiſta illud animadvertere praetermiſit, quod ſi ex allatis verbis* ex illa theca *unum dumtaxat ſepulcrum intelligendum eſſet, dum interim Chryſoſtomus aſſerit , e ſepulcro S. Pauli inſuper cum ipſo S. Petrum eſſe reſurrecturum, id etiam legitime conſequeretur, duorum Apoſtolorum corpora in Oſtienſi baſilica reperiri, Vaticanum vero ſepulcrum vacuum omnino exſtiturum. Cui ergo non patet abſurda, quae manaret ex huiuſmodi argumento, conſequentia ? Tum quis non videt perpetuam inſuper traditionem a nobis in chronologi-*

logica ſerie demonſtratam non eam eſſe, quae tam facili negotio corruat ob aliquam vel ambiguam vel figuratam ſignificationem, quae apud paucos occurrat Scriptores? Ut enim figurae indulgeant, Rhetores quandoque uti ſolent numero ſingulari ad pluralitatem innuendam, & viciſſim; proindeque nihil vetat opinari ex verbis theca illa *utrumque adſtrui ſepulcrum, ut ſenſus ſit, fore, ut ſingulorum corpora e ſua peculiari theca reſurgerent. Sed ita perſpicua res eſt, ut aliis haud egeat probationibus. Nullam autem vim addit auctoritas, quam Ianningius affert Andreae Fulvii in ſuo ad Iulium II. poemate, ubi de Vaticano ſermonem habens, ita canit:*

Stat penetrale ſacrum templi maiore ſub ara,
Quam Conſtantinus, ſacratae conditor aedis,
Argento & cupro gemmiſque ornavit & auro;
Muneraque eiuſdem largitus plura metalli,
Hic ubi clavigeri Petri, commixtaque Pauli
Oſſa ſimul recubant, communi tecta locello.

Atque alia, quae ſequitur, Iacobi Caietani Card. Diaconi S. Georgii in Velo aureo, in ſuo poemate de geſtis S. Petri Caeleſtini, ſeu Caeleſtini V., ubi S. Petri in Vaticano ſepulcrum ita deſcribit:

..... ac ſubter fuſi ſub tegmine cupri,
Corpora ſacra tenens, totum veneranda per orbem,
Aetherei Petri, Pauli quoque, gentibus almi
Doctoris.

Horum omnium aſſertiones evertere haud poſſunt antiquam probatamque traditionem; evertunt utique Bollandiſtae ſententiam: ſi recte enim res animadvertatur, huiuſmodi ſcriptores arbitrantur, in Vaticano ambo Apoſtolorum corpora permanere. Pius etiam II. huic inſtetit opinioni, eamque in pluribus ipſius ſcriptis ratam habuit: Vos pariter [*ita in oratione* de bello Turcis inferendo *a nobis edita* (*a*)] diviniſſimi Apoſtoli Petre, ac Paule, quorum corpora ſub hoc altari iacent, capita in baſilica Lateranenſi ſervantur &c. *Sic ferme ſenſit Auguſtinus Patritius Epiſcopus Pientinus in ſuis de Caeremoniis Romanae Eccleſiae libris, quos Innocen-*

(*a*) Tom. 3. Anecdot. Litterar. pag. 299.

Digitized by Google

centio VIII. dicavit, *ſcribens* (*a*), *quod pallia* per Canonicos baſilicae ponuntur ſuper corpora Petri, & Pauli Apoſtolorum ſub altari maiore, ubi factis de more vigiliis, illa per noctem dimittunt, deinde reſtituunt Subdiaconis, qui in loco honeſto ea conſervant. *Nec alii deſunt poſteriores Scriptores*, *qui idem affirmant*, *vel qui vulgarem adoptantes opinionem*, *veritati conſonam arbitrantur ſacrorum corporum diviſionem*, *eorumque dein partim in S. Petri*, *partim in S. Pauli collocationem admittunt*, *inter quos memorandus venit Pompeius Ugonius*, *qui multis prolatis rationibus*, *licet omnino ineptis*, *partitionem hanc prae ceteris propugnavit* (*b*). *Nota ſunt numiſmata ab Urbano VIII. excuſa ea occaſione*, *qua aram maximam Vaticani templi nobili tegumento inſigniverat, cum epigraphe*: ORNATO SS. PETRI ET PAVLI SEPVLCRO; *etiamſi Paulus V. haud multo prius aliud numiſma conflandum iuſſerit cum veriori lemmate*: SACRA PETRI CONFESSIO EXORNATA. *Verum omne id haud potis eſt perpetuam traditionem peſſumdare*, *quae longe antecedit erroris epocam*, *quam ſaeculo* XII. *coaevam ſtatuimus*. *Atque hic Tertulliani ſententiam repetere iuvat*: Id verius, quod prius. *Videatur liber Pontificalis*, *qui per novena ſaecula clare diſtinxit ſepulcra*, *& corpora duorum Apoſtolorum*, *Vaticano conſtanter tribuens alterum S. Petri*, *& viae Oſtienſi alterum S. Pauli*. *De corpore huius Apoſtoli*, *ut aliqua breviter tantum perſtringam* (*quandoquidem de altero S. Petri ſatis demonſtrata res eſt*), *ponderentur teſtimonia*, *quae habentur in vitis S. Silveſtri*, *S. Leonis I.*, *Vigilii*, *Hadriani I.*, *Leonis III.*, *Benedicti III.*, *atque alibi luculenter expreſſa*. *Nos ſeveriori critice uti ſtudentes*, *nequaquam certe ſententiam noſtram libro Pontificali inniti voluimus licet plurimi ſit habendus ac propterea nec eidem quidquam tribuere nobis mens eſt quoad ſolius corporis S. Pauli in Oſtienſi via exſiſtentiam*; *proindeque huic libro alias ſubſtituimus auctoritates omni quidem exceptione maiores*, *cuiuſmodi cenſendae ſunt*, *quae in ſcriptis Caii*, *Euſebii*, *S. Optati Milevitani*, *S. Hieronymi*, *Prudentii*, *S. Io-*

(*a*) Lib. 1. ſect. 10. cap. 5.

(*b*) Iſtoria delle Stazioni di Roma, Stazione xxix. pag. 227. e ſegg. Roma 1588.

S. Iohannis Chryſoſtomi, *S. Auguſtini*, *Theodoreti*, *Caſſiodori*, *Fortunati*, *S. Gregorii Magni*, *S. Iſidori Hiſpalenſis*, *aliorumque multorum occurrunt*, *ac tandem ipſius impii Iuliani Apoſtatae Imp. teſtimonium*, *quae omnia ſparſim in noſtro opere retulimus*. *Hi ſiquidem omnes de S. Petri*, *ac S. Pauli corporibus in duobus ſepulcris reconditis diſtincta narratione loquuntur*. *Neque id ſolum in auctoribus priorum ſaeculorum teſtatum reperitur*, *cum & inſequentibus temporibus*, *ne illis quidem exceptis*, *in quibus vulgaris error partitionis ſacrorum corporum latius percrebuit*, *conſtans obſervetur indicatio ſolius corporis S. Pauli in baſilica Deo dicata ad illius honorem in Oſtienſi via quieſcentis*. *Tum ipſum etiam tabularium huius Eccleſiae teſtari id poteſt longa monumentorum ſerie*, *quibus luculenter comprobatur*, *in eadem baſilica ſolum* eius venerabile corpus celeberrima memoria *requieſcere*. *Ita ferme adſtruitur in quadam ſyngrapha Cencii & Stephani filiorum* domini Theobaldi Cencii de Stephano (*a*) *exarata circa annum* 1116.; *ita in diplomatibus S. Gregorii VII. an.* 1074., *Antipapae Anacleti II. an.* 1130.; *Innocentii III. an.* 1203., *Honorii III. an.* 1218., *Gre-*

(*a*) Eruditiſſimus Abbas Petrus Aloyſius Galletti Congregationis Caſinenſis Ordinis S. Benedicti in libro, cui titulus: *Capena Municipio de Romani* Romae 1756. edidit hoc monumentum, cuius initium ad rem noſtram pertinens eſt huiuſmodi p. 59: *Nos quidem Cencius, & Stephanus filii domini Theobaldi Cencii de Stephano. Ego videlicet Stephanus cum Petro de Rainerio curatore meo dato mihi a domino Leone nomenculatore iudice ſacri palatii ante praeſentiam domini Paſchalis Papae, & Leonis primi defenſoris, & advocatorum Cencii, & Petri hac die nullo nobis prohibente, nec contradicente, aut vim faciente ſcilicet propria noſtra voluntate reddimus refutamus, & publice corpore inveſtientes renuntiamus & in primis obſervare promittimus tibi beate ſancte Paule Apoſtole vas electionis, & pro te tuo ſacratiſſimo monaſterio, quod ponitur ad quatuor angulos ubi tuum ſacratiſſimum corpus honorabiliter requieſcit, & ubi nunc eſt dominus Anaſtaſius prior, & rector, & per te in manum domini Paſchalis Papae tuorumque ſervitorum in perpetuum, ideſt omnia illa caſtella, quae Theobaldus pater noſter per vim tibi abſtulit ſcilicet caſtellum quod vocatur Flaianum ..... caſtrum quod vocatur Baccaricie ..... caſtrum quod vocatur Liprinianum ..... ambas Civitatuculas ſcilicet civitatem de Colonis, & civitatem Strictilianam intus & de foris &c.*

Digitized by Google

Gregorii IX. an. 1228., *Nicolai IV. an.* 1290., *Iohannis XXII. an.* 1325., *Eugenii IV. an.* 1442. (*a*), *aliorumque, quos memorare non eſt opus, cum properemus ad finem.*

Haec igitur omnia apertiſſime evincunt Doctoris Gentium ſacratiſſimum corpus in Oſtienſi baſilica a primis uſque temporibus conditum, in eadem abſque ulla partitione ſtetiſſe, cum ita ſane vetera atque indubia omnium ſaeculorum monumenta teſtentur, non diſſimili ratione, qua alterum Principis Apoſtolorum in Vaticano iam pridem ſepultum in hanc uſque aetatem ibidem integrum piae fidelium totius Chriſtiani Orbis venerationi permanſiſſe demonſtravimus.

INDEX

(*a*) Monumenta Gregorii VII., Anacleti Antipapae, Nicolai IV., & Iohannis XXII. edita habentur Tom. 2. Bullar. Caſinenſ. Cornelii Margarini pag. 107. 139. 274. 279. Tuderti 1670. Cetera extant in archivo monaſterii ſancti Pauli.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX

MONUMENTORUM VATICANAE CONFESSIONIS

Quae proferuntur in Chronologica Serie.

ALexander V. R. P. ſaec. XV.	*Pag.* 233
Alexander VI. R. P. ſaec. XV.	234
S. Athanaſius ſaec. IV.	141
Auctor vitae S. Boniti ſaec. VIII.	197
Auctor vitae S. Dadonis ſaec. VII.	193
Auctor vitae S. Furſaei ſaec. VII.	192
Auctor vitae S. Verani ſaec. VI.	166
Auctor vitae S. Viventii ſaec. IV.	151
S. Auguſtinus ſaec. V.	153
Aurelius Caſſiodorus ſaec. VI.	163
Aurelius Prudentius ſaec. IV.	144
Ven. Beda ſaec. VII.	195
Benedictus VII. R. P. ſaec. IX.	212
Benedictus XII. R. P. ſaec. XIV.	230
Benedictus Canonicus S. Petri ſaec. XII.	218
Bernardus monachus Francus ſaec. IX.	209
S. Bonifacius Germanorum Apoſtolus ſaec. VIII.	198
Bonifacius VIII. R. P. ſaec. XIV.	226
Caius ſaec. II.	137
Clemens V. R. P. ſaec. XIV.	229
Concilium Romanum an. 721.	198
Concilium Romanum an. 731.	200
Concilium Romanum an. 799.	203
Concilium Romanum an. 853.	207
Ennodius Ticinenſis ſaec. V.	159

Euſebius Pamphili ſaec. III. *Pag.* 139
Fortunatus Epiſcopus Pictavienſis ſaec. VI. 165
S. Fulgentius ſaec. VI. 163
S. Gelaſius I. R. P. ſaec. V. 158
S. Gregorius Turonenſis ſaec. VI. 167
S. Gregorius I. Magnus R. P. ſaec. VI. 170
Gregorius IV. R. P. ſaec. IX. 205
Gregorius VI. R. P. ſaec. IX. 214
S. Gregorius VII. R. P. ſaec. XI. 216
Gregorius IX. R. P. ſaec. XIII. 223
Hadrianus I. R. P. ſaec. VIII. 202
S. Hieronymus ſaec. IV. 142
Honorius I. R. P. ſaec. VII. 192
Hugo Flaviniacenſis ſaec. IX. 212
Iacobus Caietanus Cardinalis ſaec. XIV. 226
Innocentius III. R. P. ſaec. XIII. 222
Innocentius VI. R. P. ſaec. XIV. 230
S. Iohannes Chryſoſtomus ſaec. IV. 147
Iohannes Moſchus ſaec. VI. 186
Iohannes VIII. R. P. ſaec. IX. 209
Iohannes XII. R. P. ſaec. IX. 211
Iohannes XXII. R. P. ſaec. XIV. 229
Iohanna Regina Siciliae ſaec. XIV. 232
S. Leo I. Magnus R. P. ſaec. V. 158
S. Leo IX. R. P. ſaec. XI. 214
Licinianus Epiſcopus Carthaginis Spartariae ſaec. VI. 188
Lotharius Imp. ſaec. IX. 205
Maphaeus Vegius ſaec. XV. 234
S. Nicolaus I. Magnus R. P. ſaec. IX. 208
Nicolaus III. R. P. ſaec. XIII. 224
Nicolaus IV. R. P. ſaec. XIII. 225
S. Optatus Milevitanus ſaec. IV. 141
S. Ormiſda R. P. ſaec. VI. 162

Palladius ſaec. IV. *Pag.* 140

S. Paulinus Nolanus Epiſcopus ſaec. IV. 149

Ante allata Paulini verba haec alia apponantur, quae in citata epiſtola ad Pammachium leguntur.

Itaque patronos animarum noſtrarum pauperes, quia tota Romae ſtipe meritant multi, ut dives in aula Apoſtoli congregaſti. Pulchro equidem tanti operis tui ſpectaculo paſcor. Videre enim mihi videor tota illa religioſa miſerandae plebis examina, illos pietatis divinae alumnos tantis influere penitus agminibus in ampliſſimam glorioſi Petri baſilicam per illam venerabilem regiam (*a*) caerulea eminus fronte ridentem: ut tota & intra baſilicam, & pro ianuis atrii, & pro gradibus campi ſpatia coarctentur. Video congregatos ita diſtincte per accubitus ordinari, & profluis omnes ſaturari cibis, ut ante oculos evangelicae benedictionis ubertas, eorumque populorum imago verſetur, quos quinque panibus, & duobus piſcibus panis ipſe verus, & aquae vivae piſcis Chriſtus (*b*) explevit ..... Quam laetum Deo &c.

(*a*) *Regiam* vocat portam primariam baſilicae Apoſtolicae D. Petri. Cur autem ianuae, ſeu portae templi *Regiae* appellarentur, diximus in notis ad opuſculum Cardinalis Valerii *de Benedictione Agnorum Dei* Romae 1775. Etiam portae monaſterii, triclinii &c. *Regiae* abſolute dicuntur in veteribus monumentis.

(*b*) Tertullianus de Baptiſmo cap. 1. *Sed nos piſciculi ſecundum ἰχθῦν noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur*. Optatus lib. 3. adverſus Parmenianum de Chriſto: *Hic eſt piſcis, qui in baptiſmate per invocationem fontalibus undis inſeritur, ut quae aqua fuerat, a piſce etiam piſcina vocitetur. Cuius piſcis nomen, ſecundum appellationem Graecam, in uno nomine per ſingulas litteras turbam ſanctorum nominum continet, ἰχθὺς enim Latine eſt: Ieſus Chriſtus, Dei filius, Salvator*. Conſule S. Auguſtinum de Civit. Dei lib. 18. c. 23. In memoriam Chriſti, vel baptiſmi monebat olim Chriſtianos Clemens Alexandrinus lib. 3. Paedag. cap. 11. ut aunulis ſuis piſcem inſculperent. *Sint autem nobis ſignacula, aiebat, columba, vel piſcis, vel navis, quae celeri curſu a vento fertur, vel lyra muſica, qua uſus eſt Polycrates, vel anchora nautica, quam inſculpebat Seleucus: & ſi ſit aliquis qui piſcetur, meminerit Apoſtoli, & puerorum, qui ex aqua extrahuntur.*

Paulus I. R. P. ſaec. VIII.	*Pag.* 200
S. Petrus Damiani ſaec. XI.	215
Petrus Mallius ſaec. XII.	219
Robertus Epiſcopus Carnotenſis ſaec. XI.	216
Romanus Canonicus ſaec. XII.	220
S. Siricius R. P. ſaec. IV.	151
Sozomenus ſaec. V.	155
Suggeſtio Legatorum Iuſtiniani Comitis ſaec. VI.	161
Theodoretus Epiſcopus Cyri ſaec. V.	157
Willielmus Malmesburienſis ſaec. XII.	218

INDEX
RERUM MEMORABILIUM
Quae in hoc Volumine continentur.

A

S. ABundius cuſtos, ſive manſionarius Eccleſiae S. Petri. *Pag.*56. eius ſanctitas & miracula. 57.

Adventus S. Petri ad Urbem a quibus vindicatus. 6. primus Claudio Caeſ. imperante. 73.

Aegyptii atque Aethiopes annum inchoant ab autumno. 106.

Aetii vita a S. Petro ſervata, & viſio memorabilis in baſilica Vaticana. 133.

Agentis Imperatricis confeſſio generalis ante ſepulcrum S. Petri. 215.

Alarici Gothorum Regis erga baſilicas SS. Petri, & Pauli reverentia. 155. Idem poſt Urbis direptionem vaſa aurea & argentea ad eas reportari imperat. 157.

Alba veſtis a neobaptizatis per aliquot dies deferri ſolita. 195.

de Albitiis Franciſcus Canonicus Altariſta baſilicae Vaticanae laudatus. 59

Altare maius baſilicae Vaticanae Deo dicatum in honorem ſolius Principis Apoſtolorum. 240. in eo nemini ſacra facere licebat, niſi ſummo Apoſtolico, & ſeptem Cardinalibus hebdomadariis. 48. ad idem nemo ordinari, conſecrarive poteſt, niſi Pontifex Romanus. 227. de hac re memorabilia quaedam. *ib.*, *&* 128. aliud altare SS.Petri, & Pauli in eadem baſilica, ſuper quo, ut vulgaris ferebat opinio, ponderatae fuerant eorum reliquiae. 240.

Altare ſubterraneum ſupra D.Petri ſepulcro quando exſtructum. 43. 201. quando ibi primum myſteria celebrata fuerint. 46. diſtincte ſaeculo XII. memoratum. 218.

Altare unicum in qualibet Eccleſia primis Chriſtianae religionis ſaeculis. 201. quando multiplicari coeperint. *ib.*

Altaria ab initio cur edita & cava. 202.

Altariſta Vaticanae baſilicae. *Vide* Canonicus Altariſta.

S. Amandi Eiſcopi Traiectenſis viſio ad gradus baſilicae S.Petri. 58.

S. Ambroſii teſtimonium de Chriſti occurſu D.Petro Roma egredienti. 75.

Ampullae olei e lampadibus ad Sanctorum ſepulcra ardentibus efferri ſolitae. 197.

Anaſtaſius Bibliothecarius auctor libri Pontificalis, quem e vetuſtis Eccleſiae Romanae documen-

Digitized by Google

cumentis concinnaverat . 8.
Aniciae gentis ſepulcrum pulcherrimum quando diſturbabatum . 54.
Annum computandi ratio apud Aegyptios alioſque Orientales. 106.
Anniverſaria dies etiam natalitia quandoque appellata . 99.
Anniverſaria gratiarum actio Romae inſtituta pro Gotici furoris evaſione . 156.
Antiochena Eccleſia prima primi Apoſtoli ſedes . 110.
Antidiſiorenſis Concilii canon explicatus . 201.
Apoſtoli qui uxores habuerunt. 104. *Nota errorem Clementis Alexandrini, qui inter Apoſtolos, qui uxores habuerunt, memorat etiam Philippum, cum verius ſcribere debuiſſet Philippum unum e ſeptem Diaconis* .
Apoſtolorum Petri, & Pauli ſtatura, & lineamenta e Menaeis Graecorum . 128. eorum corpora nedum tangere, ſed vel aliquatenus inſpicere olim nefas . 175.
Apparitiones fidelibus oblatae in baſilica Vaticana . 132.
ad Aquas Salvias locus martyrii S. Pauli . 89.
Ara nulla ſine Martyrum reliquiis conſecrata . 35.
Arae ſupra Martyrum loculos imponi ſolitae . 35. imo opercula ipſa loculorum pro aris adhibita . 45.
Arator Subdiaconus ſcriptor Hiſtoriae Apoſtolicae heroico metro quo ſaeculo floruerit . 91. ſuum codicem obtulit B. Vigilio Pontifici . *ib.* eumdem rogatu omnium litteratorum, & ex permiſſione Pontificis publice recitavit in Eccleſia S. Petri ad Vincula . 92.
Armenii in quam diem initium anni ſtatuant . 106.
Ariani militis facinus praeclarum in baſilica S. Petri . 56.
Artifices plerumque Sanctorum imagines proprio arbitratu, non e maiorum exemplo effingebant . 124.
Aſſiſii in Eccleſia Latina iidem ac manſionarii & cuſtodes . 53.
Auctores, qui de baſilica Vaticana variis temporibus ſcripſerunt . 66. 67. qui D. Petrum Romam veniſſe teſtantur . 73.
S. Auguſtini opinio e Patrum traditione circa diem paſſionis Apoſtolorum . 91.
Autharith Langobardorum Rex miraculo adductus clavem auream cum altera Confeſſionis S. Petri ad Romanum Pontificem mittit . 186.

B

Babylonis nomine Roma a D. Petro indigitata . 73.
Balſamum unde quotannis Eccleſiae Romanae obveniret . 131.
Baſilica D. Pauli opere muſivo a S. Leone Magno ornata . 119.
Baſilica D. Petri Conſtantinianum aedificium . 41. a S. Paulino deſcripta . 149. quanto in honore habita ab Alarico Rege . 156. ad ſaeculum uſque ſextum unicum altare habuit . 201. eius infelix ſtatus ſub Gregorio VI. Pontifice . 214. decimae oblationum a S. Leone IX. adſignan-

ſignantur ad eam reſarciendam. 215.

Baſilii Imperatoris Menologium Caniſiano Menologio, & Ephemeridibus Graeco-Moſchis antiquius. 104.

S. Baſilii viſio de morte Iuliani Apoſtatae. 140.

Beda quid tradere videatur de myſteriis in ara principe templi Vaticani celebratis. 43. eius Martyrologium. 98.

Belethi Iohannis opinio de feſto diviſionis Apoſtolorum. 227. 228.

Benedicti VII. Synodicum decretum editum ante ſacratiſſimum corpus B. Petri. 212.

Benedictio more Graecorum quaenam dicatur. 68.

S. Benedictus. Locus inſignis eius regulae circa arduum opus multorum moribus ſatisfaciendi. 165. alius de opere manuum quotidiano. 189.

Beneventanus Ducatus a Langobardis inſtitutus. 182.

S. Bernardi locus inſignis de auctoritate Romani Pontificis. 117.

Bernini Architecti eximium opus ſuper Confeſſione D. Petri. 65.

Billicum Confeſſionis D. Petri quid eſſet. 43.

Blanchinii Franciſci nova loci cuiuſdam antiqui Calendarii explicatio. 19. eius opinio de hebdomadaria ſeptem Epiſcoporum aſſignatione perpenſa. 46.

Bonarotii Philippi ſententia de epocha enſis in S. Pauli imaginibus appoſiti reiecta. 120.

Bonifacius VIII. aſſerit BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli reliquias in Vaticana baſilica requieſcere. 236. huius tunc primum vulgatae opinionis origo. 237. *& ſeqq.*

Brandea, ſeu velamina ex contactu Martyrum ſacrata pro reliquiis Martyrum diſtribuebantur. 171. de huiuſmodi reliquiis admirabilia quaedam. 173. 174.

C

Caii antiqui ſcriptoris locus circa Apoſtolorum trophea expenſus. 83. eius libri enumerati. 137.

Calendaria antiqua notis compendiariis plerumque ſcripta. 28. a diptychis Eccleſiae uniuſcuiuſque concinnata. 98.

Calendarii Romani a Bucherio editi locus expenſus. 18. quomodo a Blanchinio, Vignolio, & Moretto explicatus. 20. 21. de eo auctoris ſententia. 26.

Calendariorum antiquorum conſenſus circa diem martyrii ſancti Petri. 101.

Calendarium Bucherianum quo ſaeculo ſcriptum. 27. 101. pleriſque omnibus vetuſtius. 28. Adoni Archiepiſcopo Viennenſi cognitum. 31.

Camuri arcus apud Prudentium quid eſſent. 145.

Canonici baſilicae Vaticanae quam hebdomadam haberent de oblationibus Miſſae ad altare maius celebratae. 50.

Canonicus Altariſta in cubiculariorum & cuſtodum S. Petri locum ſucceſſiſſe videtur. 59.

Capra-

Capracorum oblatum Eccleſiae Romanae. 188.
Cardinales hebdomadarii S. Petti qui eſſent. 47. 49. iis dumtaxat permiſſum ut ad aram maximam ſacra peragerent. 48. quo ordine id praeſtarent. 50. portione oblationum potiebantur. 51. quando hoc obſequium praeſtare deſtiterint. *ib.*
Caroli Magni devotio ac reverentia erga Apoſtolorum Principem, eiuſque baſilicam. 181. liberaliras in Sedem Apoſtolicam. 203. vota ab eo perſoluta ad ſepulcrum B. Petri. 210.
Catabaſium, ſeu *Catabaticum*, idem ac Latinis Confeſſio. 28. 31. ſic dictum a ſcalarum deſcenſu. 29. 30.
Catacumbae Apoſtolorum corpora aliquandiu aſſervarunt. 8. *99.* a SS. Leone III., & Nicolao I. ornatae & reſtauratae. 15. earum etymologia. *16.* a cumbis ſeu calvariis dictae iuxta nonnullos. 17. de iis nova cl. Mazzochii ſententria. 24. apud quos memoratae antiquitus reperiantur. 27. a Prudentio deſcriptae. 55. tum a S. Hieronymo. 144.
Catalogus Romanorum Pontificum a Papebrochio editus quo tempore ſcriptus videatur. 27. a Scheleſtrate illuſtratus. 28.
Cataphrygae cur dicti Montani ſectatores. 138.
Cataractae duae ad B. Petri ſepulcrum, & earum uſus. *161.*
Catenarum S. Pauli pars ad Conſtantinam Auguſtam dono miſſa. 175.
Cathedra Antiochena in Galliis celebrari coepta. 110.
Cathedrae D. Petri feſtum ad confeſſionem, & primatum eius pertinere evincitur. 107. eius antiquitas. 108. Cathedrae feſtum etiam natale dictum. *ib.*
Cathedrae Romanae auctoritas. *116.* 141.
Ceadwalla Rex Occidentalium Saxonum, relicto Imperio, ad limina Apoſtolorum baptizatur. 195. adhuc in albis moritur. *ib.* eius epitaphium apud Bedam. *196.*
Cellula antiqua Confeſſionis ſancti Petri numquamantehac aere inciſa. *66.* in eius pavimento feneſtella mirae vetuſtatis. *68.*
Chreſti nomine Chriſtus Dominus vocatus nonnumquam ab Ethnicis. 74.
Chriſtiana religio e Martyrum ſanguine ſemper vividior. *96.*
Chriſtiani primaevi cur in Inſcriptionibus ſepulcralibus aenigmaticis vocibus uſi. *36.*
Chriſtianorum primaevorum cura in Martyrum corporibus cuſtodiendis. 33. eorum peregrinationes ad Apoſtolorum ſepulcra. *36.*
Ciampinii Ioh. opinio de veteri pictura baſilicae Sicinianae. 81.
Ciborium dicebatur tegumentum, ſeu umbraculum altaris. 43.
Cicindela ſpecies vitreae lampadis. 215.
Claretum, vinum optimis aromatibus conditum, olim Canonicis baſilicae Vaticanae diſtribuebatur. 220.

Clau-

Claudiani Poetae locus de canitie D. Petri . 129.

Claves Confeſſionis S. Petri quanto in honore habitae . 184. ſolemni legatione ad Reges dono mittebantur . *ib.* in iis ramenta ſacrorum vinculorum quandoque infuſa . 185. miracula earum virtute patrata . *ib.* collo appenſae geſtabantur . *ib.*

Claves, inſigne Romanae Eccleſiae, una aurea, & altera argentea, quid ſignificent . 121. in S. Petri imaginibus ſymbolum traditae a Domino poteſtatis . 118. eius ſymboli antiquitas . 119. binae & interdum trinae quid innuere videantur . 121.

Claviger, & Clavigerorum primogenitus S.Petrus a Patribus appellatus . 118. 203. 222. 223.

Clavis formae antiquiſſimae in ſigno plumbeo SS. Apoſtolorum . 120.

B. Cleopatroniae munera ad S.Petri ſepulcrum . 151.

Clericorum Eccleſiae Romanae numerus & gradus ex S. Cornelii Papae epiſtola . 183. 184.

Clericorum varia nomina & officia in veteri Eccleſia . 52.

Clericus incardinatus ad SS. Martyrum cuſtodiam . 38.

Color albus ab Apoſtolis in veſtibus adhibitus . 196.

Colymbi vox apud Prudentium quid ſignificare videatur . 144.

Coemeteria duo, quae proprie Catacumbae vocarentur . 25. alia Coemeteria etiam dormitoria, & requietoria appellata . 139.

Conceſſiones factae per Pontifices nonnullis Cardinalibus celebrandi ad aram maximam baſilicae Vaticanae . 49.

Concilia olim in baſilica Vaticana ante corpus Principis Apoſtolorum celebrata . 179.

Concilii Epaonenſis decretum de famulatione ſacrarum reliquiarum . 53.

Confeſſio, cella ſacra, ad quam per gradus deſcendirur . 31. B. Petri quando extructa . 37. eius forma a Gregorio Turonenſi adumbrata . 39. a Leone III. auro & gemmis ornata . 61. a Saracenis direpta . 62. ab Innocentio III. aerea crate vallata . 63. a Paulo V. marmoribus & cultu ornata, intacta tamen quoad cellulam, muſivum opus, & feneſtellam . 64. muro olim obducta, poſtea a Clemente VIII. reſerata . *ib.* ab Urbano VIII. columnis, & praecelſa umbella contecta . 65. cur arcana appellata . 215.

a Confeſſione B. Petri Gelaſius Papa Romanam Eccleſiam nullo unquam tempore defecturam nominat . 159.

Confeſſiones ſepulcra Martyrum cur appellarentur . 29. Confeſſiones Apoſtolorum videre univerſitas appetit . 165.

Confeſſionis vocabulo quid in antiquis monumentis ſignificari ſolitum 38. interdum altare ſuperius indicatum . 39. Confeſſionis antiquae D. Petri deſcriptio iuxta Petrum Mallium, alioſque 66.

Confeſſoris vox qnomodo apud veterem Eccleſiam uſurpata. 38.
Confeſſorum commemorationes inter Martyrum memorias celebratae. 97.
Conſtantina Auguſta S. Pauli caput, aut aliud de ipſius corpore ad ſe tranſmitti poſtulat. 170. S. Gregorii Magni ad eam reſponſio. *ib.*
Conſtantinus Magnus. Eius lex de Eccleſiis aedificandis. 40. Vaticanae baſilicae auctor. 41. aeneo loculo corporis B. Petri ex auro ornamenta addidit. *ib.*
Corpora SS. Petri, & Pauli nunquam diviſa, ſed unumquodque in propria baſilica conditum. *a pag.* 236. *ad* 248.
Cortefius Gregorius Card. Veleni libellum opere diſertiſſimo retudit. 6.
Coſtadonius Auſelmus laudatus. 117.
Cubicularii ad cuſtodiam ſepulcrorum Apoſtolorum a S. Leone Magno deputati. 52. eorum antiquitas. 54. baſilicae etiam curam gerebant. 55.
Cubiculum interdum uſurpatum pro ſepulcro. 54.
Cultus SS. Martyrum vetuſtiſſimus. 34. SS. Petri, & Pauli a primo uſque ſaeculo coeptus. 98.
Cuſtodes Confeſſionis S. Petri cur dicerentur Cubicularii. 55. eorum antiquitas. 54. quo tempore etiamnum vigerent. 56. 57. Manſionarii ſequiori aevo appellati. 58.

D

S. Damaſi Papae verſus in Catacumbis inſcripti. 9.
Depoſitio S. Mariae in Martyrologio Hietonymiano quid ſignificet. 111.
Depoſitio SS. Petri, & Pauli in laterculo Polemii Sylvii quomodo intelligi debeat. 107.
Depoſitionis nomen pro die emortuali apud antiquos uſurpatur. 108. 110. ad alia feſta indicanda quandoque tranſlatum. 112.
Diaconi, qui ſanctis Martyribus miniſtrabant, Martyratii appellati. 52. cautum, ne cantores eſſent, & cur. 181.
Dies feſtus Apoſtolorum Polytutgicus. 146. Dominicns cur a Chriſtianis colatur. 189.
Dionyſius Philippus Laurentius, baſilicae Vaticanae Beneficiarius laudatus. 59. cryptarum Vaticanarum monumenta egregie illuſtrat. 81.
Diurnus Romanorum Pontificum ab Holſtenio editus. 114.
Domus culta quid eſſet. 130. 188.
Duranti Guillielmi explicatio antiqui verſus reiecta. 121.
Didymus Caecus Alexandtinus a doctiſſimo Mingarellio in lucem editus. 37.

E

Eccleſia Apoſtolorum Petri, & Pauli in catacumbis. 18.
Eccleſia unaquaeque ſuorum Athletarum agones ceteris communicabat. 97. ante omnes Romano Epiſcopo, ut ſacris Martyrum memorialibus inderentur. 98.

Ec-

Eccleſiae Deo dicatae ante Conſtantini rempora. 40.

Eccleſiae primaevae cura in Martyrum nominibus, & eorum victoriae diebus deſcribendis. 97.

Eccleſiae Romanae poſſeſſiones in Oriente, unde ei balſamum obveniebat. 130. 131. cura & benignitas in alendis pauperibus. 184. in advenis, & peregrinis excipiendis fovendiſque iam inde ab Apoſtolorum tempore. 187. praeclara de huiuſmodi charitate monumenta. *ib.* & 188.

Eccleſiarum Orientalium cum Latina conſenſus circa diem emortualem SS. Petri, & Pauli. 105.

Enſis quando S. Pauli imaginibus apponi coeperit. 121.

Epiſcopatus Romanus S.Petri Patrum teſtimoniis aſſertus. 115. 116.

Epiſcopi ad Gentes qui eſſent. 137.

Epiſcopi pro die natali S. Petri Romam conveniebant. 137. Id cautum in ſolemnibus promiſſionibus novi Epiſcopi. 114. Eorum profeſſio fidei ad corpus D. Perti. 180.

Epiſcopis etiam ſanctiſſimis interdictum, ne ad aram maximam Vaticanae baſilicae ſacra facerent. 48.

Epiſtolae Ieſu Chriſti apocryphae, velut de caelo delapſae quando incautis venditarentur. 188. a Zacaria Pontifice, & in Capitularibus Regum Francorum damnatae. 190. 191.

Evangelii praedicatores ad Gentes a Romano Pontifice mittebantur. 207.

Eunapii Sardiani teſtimonium de cultu Martyrum. 34.

Euphemianus fratris nomine inſignitus a S. Gelaſio Papa, licet ſchiſmaticus. 159.

Euſebii Pamphili locus expenſus. 138.

Euſebii, & Hieronymi epoca de anno martyrii Apoſtolorum reiecta. 94.

Euſebii Spadonis dona ad ſepulcrum D. Petri Apoſtoli reiecta. 141.

F

Faſti Conſulares, ab Idatio Epiſcopo Lemovicenſi condiri, quam diem marryrio Apoſtolorum aſſignent. 102. eorum antiquiras, & auctoriras. 108.

Feneſtella formae quadratae in Confeſſione D. Petri. 42. billicum, ſive umbilicum appellata. 43. hypogeum aperir, in quo Principis Apoſtolorum corpus requieſcit. 68. per eam Ponrifex thuribulum demirtebat. 161. quid per ipſam introſpicienti appareat. 69. ſuper hanc in urna pretioſi operis ponuntur pallia Patriarchis, & Archiepiſcopis tradi ſolita. *ib.*

Feneſtella in pleriſque martyrum ſepulcris. 162.

Feneſtella ſupra ſepulcrum D.Pauli in via Oſtienſi. 161. per eam Pontifex thuribulum cum carbone, & incenſo ſingulis annis demittebat. 162.

Feſtum Apoſtolorum Petri, & Pau-

Pauli eadem die duplici ſtatione celebratum. 113. 146.
Feſtum S. Pauli quando ab altero S. Petri diſtinctum. 114.
Feſtum diviſionis Apoſtolorum in veteribus non paucis Martyrologiis, & Calendariis memoratum. 237. quid pro huiuſmodi diviſione intelligeretur. 238. 239.
Fogginii Petri Franciſci liber *de Romano D. Petri itinere* laudatus. *6.*
Foramen, per quod S. Petri monumentum apparuit. 42.
Furta in Oratoriis commiſſa quomodo olim expiarentur. 213.

G

GAlletii Petrus Aloyſius, Abbas Caſinenſis eruditiſſimus, antiquorum quorumdam monumentorum editor. 247.
Garampius Ioſeph Nuncius Apoſtolicus, & Praeſul doctiſſimus, Apoſtolorum Principem in quodam diplomate *Nutritorem noſtrum* more antiquo appellat. *61.*
S. Gerardus Epiſcopus Tullenſis irrito conatu petit, ut ad altare S. Petri ei Miſſam celebrare indulgeatur. 48.
Gomphus, vel *gumphus* pro clavo, ſive unco. *16.*
Graecae Eccleſiae monumenta de die certaminis SS. Apoſtolorum. 103 *& ſeqq.*
Graeci ante ſchiſma feſtum Cathedrae Romanae S. Petri celebrabant. 111.
S. Gregorii Magni teſtimonium de translatione corporum SS. Petri, & Pauli e catacumbis in Vaticanum, & viam Oſtienſem. *9.* ab eo catacumbae primum nominatae. 27. eius decretum, uti ſuper corpora Apoſtolorum Miſſae celebrarentur, quomodo intelligendum. 44. *46.* praeclarum eius teſtimonium circa locum martyrii S. Pauli. 89. decretum de celebratione feſti S. Pauli poſt feſtum S. Petri. 94. eius humilitas 114. 173. 186. negat Conſtantinae Auguſtae ſe quicquam de S. Pauli corpore tangere praeſumpturum. 171. eius charitas erga advenas & peregrinos. 186. 187. oleorum indicem ad Theodelindam Reginam mittit. 197.
Gregorii II. epiſt. ad Leonem Iſaurum pro imagine D. Petri. 125.
Gregorii III. decretum de oblationibus offerendis in Eccleſia B. Pauli. 242.

H

HAdriani Imperatoris lex, ne quis ſine legitima accuſatione condemnaretur, quando lata. 34.
Hadrianus I. Pont. Max. cancellos ante Confeſſionem ex auro puriſſimo ſtatuit. *62.*
Haereticorum blaterationes de Romano itinere D. Petri, & eius martyrio. 5. eorum plerique S. Petrum Romae commoratum eſſe affirmant. *6.*
Haeterodoxos iam pudet futilem Romanae Cathedrae litem intendere. *6.*
S. Hieronymus Romae diebus Dominicis ſepulcra Apoſtolorum, & Martyrum circumire ſolitus. 144.

Digitized by Google

Hungariae regnum a S. Stephano Rege B. Petro cum omni iure & poteſtate traditum. 216.
Hymnus Angelicus quibus in feſtis a ſolis Epiſcopis recitaretur. 47.

I

IAnningii Conradi Bollandiſtae lapſus circa cuiuſdam inſcriptionis antiquitatem. 240. eiuſdem hallucinatio in adſtruenda partitione corporum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & repoſitione in duabus baſilicis. 241. *& ſeq.*
Ignatius Patriarcha Conſtantinopolitanus Sedi reſtituitur. 208.
Imagines SS. Apoſtolorum muſivo opere in Confeſſione Vaticana ſub Leone III. effictae quando reſtitutae. 65. earum deſcriptio. *ib.* indiligenter a Ciampinio expreſſae. 67. pictae a primis uſque temporibus. 124.
Imagines Sanctorum Conſtantinopolitanae a Romanis archetypis deſumptae. 126.
Imagines S. Petri cum unica clavi in antiquioribus muſivis. 119.
Imperatores Piſcatorum oſtiarii facti. 148. gladium recipiebant ad altare S. Petri per manus Pontificis, unctionem vero ad altare S. Mauritii. 227.
Imperatoris privilegium ſumendi enſem de corpore B. Petri in ſolemni inauguratione. 228.
Impoſitio manuum quam Epiſcopis metuenda. 157.
Infirmi oleo inuncti, quod ad beati Petri ſepulcrum ardebat, ſanitatem recuperabant. 197.
Inſcriptio antiqua Chriſtiana apud Fabrettum a Mazzochio explicata. 30. Conſtantini Auguſti in cruce aurea. 41. Cubiculariorum S. Petri, & S. Pauli. 54. Pauli V. in fronte Confeſſionis. 64. Urbani VIII. in porticu ſanctae Mariae ad Martyres. 65. Achillis antiſtitis. 87. Leonis Magni in arcu baſilicae S. Pauli. 119. 242. in cryptis Vaticanis de viſu quodam memorando. 132. alia pertinens ad coemeterium Oſtienſe. 139. Praepoſiti cuiuſdam baſilicae S. Pauli. 171. de laudibus vinculorum S. Petri. 185. de baptizato in albis. 195. in tabula quadrata porphiretica baſilicae Vaticanae de oſſibus Apoſtolorum diviſis, & ponderatis. 240. eius antiquitas expenſa. *ib.* in geminis tabulis ligneis in ara ſuperimpoſita Confeſſioni ſancti Pauli de medietate corporum Apoſtolorum. 242. de corpore D. Pauli. *ib.* operis muſivi in ara maiori eiuſdem baſilicae. *ib.* Gregorii III. in media navi baſilicae praedictae ad laevam. 243.
Inſcriptiones Chriſtianae cur enigmaticis vocibus refertae. 36.
Inſcriptiones ethnicae Neronis ob provinciam ſuperſtitione purgatam. 95. Diocletiani & Maximiani ob nomen Chriſtianorum deletum. 96.
S. Iohannis Chryſoſtomi locus de theca Apoſtolorum quomodo intelligendus. 244.
Iohannes XXII. Marſilium Patavinum, & Iohannem de Ianduno damnat. 5.

Io-

Iohannae Reginae Siciliae liberalitas erga baſilicam Vaticanam. 232.
S. Iſidori animadverſio circa ſepulcra Apoſtolorum. 90.
Iudaei decedere ex Urbe iuſſi a Claudio Imperatore. 74.
Iuliani Apoſtatae locus de antiquitate cultus SS. Petri, & Pauli. 98.
Iulius II. Vaticanam baſilicam ampliorem, & magnificentiorem reaedificare aggreditur. 60.
Iunii dies vigeſimanona anniverſaria martyrii SS. Petri, & Pauli. 102.
Iunii menſis appellatio apud pleroſque Orientales. 105.

L

Langobardorum feritas antequam ad vitam humaniorem informarentur. 182.
Lateranenſis Eccleſia Sedes Apoſtolicorum. 109.
Laurentii ſepulcrum ignoranter apertum, & qui corpus viderant intra decem dies defuncti. 171.
Le-Cointii explicatio laterculi Sylviani refutata. 106.
S.Leo Magnus quando arcum baſilicae S. Pauli opere muſivo ornaverit. 119.
S.Leo III. Confeſſionem B.Petri auro & gemmis exornat. 60. eadem ornamenta quando a Saracenis direpta. 61.
S.Leo IV. muro & ſuburbio Vaticanum munit ad barbarorum vim a baſilica propulſandam. 62. Confeſſionem aerea crate vallari facit. 63. conſtituit veſpertinas laudes in baſilica S. Pauli eius natali die. 114.
S. Leo IX. decimam oblationum adſignat ad Vaticani templi reſartionem. 215.
Leo Iſaurus Imperator celebrem S. Petri imaginem in Vaticano ſe confracturum minitabatur. 125.
Libri ſacri Eccleſiae Graecae, qui ſuperſunt, haud multa praeteferunt antiquitatem. 111.
Limina, ſeu veſtigia S. Petri eius ſepulcrum non ſignificant. 8.
Loca ſacra quam vim habeant ad caeleſtia dona promerenda. 160.
Loculi Apoſtolorum in catacumbis a quibus ornati & reſtaurati. 15.
Loculus in Vaticano a Conſtantino Auguſto concluſus, & cruce ex auro puriſſimo ornatus. 41.
Lotharius a S. Paſchali Pontifice obtinet Imperiale diadema coram corpore B. Petri. 205.
Lucernarium antiquitus Veſperae appellatae. 114.
Luitprandus Langobardorum Rex omnia ſuae dignitatis inſignia ad Confeſſionem D. Petri depoſuit. 181.
Luminaria, ſeu lampades quot antiquitus arderent in baſilica S. Petri. 219.

M

Mabillonii opus de Liturgia Gallicana. 98.
Mallii Petri Vaticanae baſilicae hiſtoria. 66. ſaeculo XII. a Romano Canonico aucta. 220. 238. in ea memoratur altare SS. Pe-

Digitized by Google

SS. Petri, & Pauli, ubi eorum oſſa ponderata fuere. *ib.*
Manaſſes Remenſis Archiepiſcopus in proprium gradum reſtitutus a S. Gregorio VII. 217.
Manſionarii in Eccleſia Latina cur etiam *Aſſiſii* vocarentur. 53. iidem ac cuſtodes baſilicarum. 58. in collegii ſpeciem redacti. 59.
Margarinius Cornelius inſcriptionum baſilicae S. Pauli collector, & editor accuratus. 241.
Marſilius Paravinus primus omnium in dubium vocavit Romanum D. Petri Epiſcopatum. 5.
Martyrarii appellati Diaconi, qui SS. Martyribus miniſtrabant. 52.
Martyria, ſeu Martyrum monumenta, cur ab Eccleſiis diſtincta. 38.
Martyrii, ſeu confeſſionis nomine appellata Martyrum ſepulcra. 29. 34. interdum ea vox ad totum templum ſignificandum translata. 37.
Martyrium SS. Petri, & Pauli quo anno acciderit. 93. *& ſeq.*
Martyrologia, quae univerſos Martyres, & Confeſſores complecterentur, Euſebii, vel Divi Hieronymi opera primum in lucem edita. 98.
Martyrologiorum veteres auctores. 98.
Martyrologium Ottobonianum quo ſaeculo ſcriptum. 32.
Martyrum dypticha diligenter ab Eccleſiis aſſervata. 97.
Maurini monachi poſteriorem corporum SS. Petri, & Pauli tranſlationem ſuſtinent. 15.
Mazzochius Alexius Symmachus, in quo ab aliis diſſentiat in quorundam Patrum interpretatione. 23. verba Calendarii Bucheriani nova ratione explicat. 24. item catacumbarum etymologiam. *ib.* eius nova opinio circa diem feſtum S. Petri refutata. 107 108. explicatio marmorei Calendarii de die electionis S. Petri. 111.
Menaea Graecorum quid ſint, quidque contineant. 127.
Memoria ſuper D. Petri ſepulcro quo tempore conſtructa. 37. memoria S. Petri in canone Concilii Sardicenſis an de eius ſepulcro intelligi debeat. 142.
Memoriis Martyrum altaria conſtituta. 35.
Menſa a Pippino Francorum Rege S. Petro dono data. 200. eadem conſecrata a Paulo I. Pontifice, & repoſita ſupra Confeſſionem S. Petri. *ib.*
Menologium Armenorum. 105. 106.
Metatus, vel *metatum* pro aedibus propriis, atque interdum pro hoſpitio acceptum. 169.
Milliaria apud veteres a foro Romano numerari coepta. 90. quinta parte minora, quam nunc apud Italos. *ib.*
Mingarellius Aloyſius, Abbas Generalis Canonicorum Regularium SS. Salvatoris, Didymi editor laudatus. 37.
Miſſae plures ab uno Sacerdote quibuſdam in feſtis antiquitus celebratae. 146.
Moyſis figura cur ſanctus Petrus

trus repraeſentatus . 117.

Muſiva antiqua plerumque partem dexteram D. Paulo, ſiniſtram Principi Apoſtolorum artribuunt . 124.

Myſteria ſacra multo ante Gregorii Magni Pontificatum ad Apoſtolorum cineres celebrata . 45.

N

NAtale Sanctorum pro obitu uſurpatum . *99.* de hac re Patrum teſtimonia . 100.

Natalis vox pro martyrio intelligenda . 103. quandoque adhibita pro aliis celebritatibus indicandis . 108. 110.

Naumachia celebris in Tranſtiberina regione ad radices Ianiculi . 87. alia non minus celebris in planitie Vaticana . 88.

Nero auctor ſupplicii SS. Petri, & Pauli . *76.*

Neronianum palatium in valle Vaticana . *86.* incendium a S. Auguſtino deſcriptum . 154.

Nimbi carentia in ſacris imaginibus ſummae vetuſtatis iudicium . 117.

Nutritor cur S. Petrus paſſim in veteribus monumentis appelletur . *60.*

O

OBertus artifex aereae cratis ab Innocentio III. inductae in Confeſſione D. Petri . *63.*

Oblationes Miſſarum ſuper ara maxima baſilicae Vaticanae quomodo antiquitus dividerentur . 50. pars aliqua reſervara ad apparatum Cardinalium in ipſa baſilica miniſtrantium . 51.

Octava SS. Apoſtolorum antiquiſſima . 100. olim eius ſolemnia peragebantur in titulo Eudoxiae . *ib.*

Officium duplex ad S. Petrum recitabatur in Dominica tertia Adventus . 219.

Oleum e lampadibus Sanctorum extractum ad infirmorum curationem . 197. huiuſmodi oleorum index a S. Gregorio Magno ad Theodelindam Reginam miſſus . *ib.*

Opinio de ponderatione, & diviſione oſſium SS. Petri, & Pauli quo tempore invaluerit . 238. *& ſeqq.* eius vanitas & inſubſiſtentia . 241. *& ſeqq.*

Orarii, collo ordinandorum imponendi, de corpore B. Petri ſumebantur . 231.

Orientales Apoſtolorum corpora, utpote civium ſuorum, repetere volentes, tonitruum & fulgurum metu deterriti . 174.

Origines tradit, D. Petrum cruci ſuffixum capite demiſſo, quod & plerique Patres ſaeculi IV. teſtantur . 79. 80.

Oſſa Apoſtolorum confuſa, quomodo ſecerni potuerint . 1*36.*

Oſtienſis Archipresbyter conſecrationi Romani Pontificis aderat loco Epiſcopi Oſtienſis, & Veliterni . 227.

Otho a Iohanne XII. creatus Imperator ſolemne iusiurandum emittit ſupra corpus B. Petri . 211.

P

PAgii Antonii opinio de nimbi circa Sanctorum capita antiquitate . 117.

Pallia

Digitized by Google

Pallia Patriarchis, & Archiepiſcopis tradi ſolita in interiori cellula Vaticanae Confeſſionis aſſervantur *69*. idcirco de corpore B. Petri ſumpta dicuntur. *ib.* quibus caeremoniis ſaeculo XII. conſectarentur. 220. & ſaeculo XV. 234.
Panni in ſepulcrum B. Petri immiſſi ponderoſiores extrahebantur. 167. idem actum, & ad tumulum S. Martini. 168.
Panthei aes vetuſtum in Confeſſionis ornamenta converſum. 65.
Papebrochii Danielis ſententia de unica corporum SS. Petri, & Pauli translatione. 22. eius coniectatio circa depoſitionis vocem infirmata. 109.
Paramonarii in Eccleſia Graeca qui eſſent. 53.
Paraphoniſta in Vaticana baſilica vigilias incipiebat. 218.
Patres, qui adventum D. Petri in Urbem tradunt. 73. qui de eius Romano martyrio teſtimonium faciunt. 77. *& ſeq.*
Patrum variae opiniones circa diem martyrii Apoſtolorum. 92. 93.
S. Pauli epiſtola ad Hebraeos quando inter canonicas ſcripturas adnumerata. 137.
S. Paulus, utpote Romanus Civis, honorabiliori morte occiſus, ſcilicet gladio. 84. in campo Tiberino e parte viae Oſtienſis. 88. capite truncatus ad aquas Salvias. 89. ubi ſepultus. 90. iuxta Auguſtinum paſſus anniverſario die, quo Petrus martyrio fuerat affectus. 91. iuxta Irenaeum, & Iuſtinum quinque annis poſt Petrum. 92. communior opinio quae ſit. 93. eius paſſionis dies. 101. 116. enſis quando eius imaginibus apponi coeperit. 121. imago a primis uſque temporibus depicta. 124. Pauli effigies atque oris lineamenta e Menaeis Graecorum. 134. e Nicephoro, & Pſeudo-Luciano. 135. ſtatura tricubitalis. *ib.* praeſentia infirma. 136. ſtatuae tunicatae cum pallio. 122.
Paulus V. baſilicam Vaticanam magnifica hac amplitudine perfecit. 64. Confeſſionis ambitum ornavit. *ib.*
Pearſonii opinio de ſecunda tranſlatione corporum SS. Petri, & Pauli a Pagio, & a Mautinis comprobata. 19.
Pectorale pro cancello in Ordine Romano uſurpatum. 219.
Pecuniae & veſtes Epiſcopis, qui in exilio erant, a Romanis Pontificibus miniſtratae. 177.
Perſecutorum ſtudium in Martyrum corporibus delendis. 33.
Peſtilentia Romae exorta autumno martyrium S. Petri ſubſequente. 101.
Petri Apoſtoli corpus in Vaticano templo aſſervatum. 7. aliquando in catacumbis repoſitum. 8. iterum in Vaticanum translatum. 10. occulte conditum prope martyrii locum. 36. a nemine poſt S. Silveſtrum, aut inſpectum, aut loco motum. 43.
Petri Leonis Epitaphium in atrio baſilicae S. Pauli explicatum. 243.

Petri Vicarii cur nuncuparentur Romani Pontifices . 199.

Petronilla virgo S. Petri filia. 104. 105.

Petrus Apoſtolus poſt martyrium in Vaticano ſepultus . 42. cur paſſim *nutritor* appelletur in veteribus monumentis . 60. unde & cuius filius eſſet . 71. vocatus a Chriſto , & Summus Eccleſiae Pontifex conſtitutus . *ib.* curat , ut Matthias in Iudae locum ſurrogetur . 72. praedicandi Evangelii initium facit . *ib.* in Syriam profectus Antiochenam Eccleſiam regit . *ib.* reverſus Hieroſolymam Angeli miniſterio de manu Herodis liberatur . *ib.* Romam venit primis Claudii annis . 73. Hieroſolymam iterum proficiſcitur . 74. loca peragrat diverſa , donec Romam redit Nerone principe . *ib.* divinitus edoctus de imminenti martyrio Chriſtianos hortatur ad conſtantiam in accepta Fide . 75. eius miracula , & Simonis Magi praeceps caſus . *ib.* morte affectus III. Cal. Iulias. 77. antiquorum Patrum de Romano Petri martyrio teſtimonia . 77. *& ſeq.* cruci ſuffixus capite demiſſo . 79. clavis ne an funibus incertum . 80. quo in Urbis loco martyrium ſubierit . 81. *& ſeq.* non certo in monte Ianiculo , ut multorum opinio eſt . 82. verum in campo Vaticano extra Urbem. 85. antiquorum de hac re teſtimonia . 83. *& ſeq.* obiectio de Naumachia Tranſtiberina reiecta . 87. *& ſeq.* in crucem ſublatus in campo Tiberino e Vaticani parte . 88. ſepulcro conditus in Vaticano iuxta viam Triumphalem . 90. paſſus eodem die & anno quo S. Paulus . 92. *& ſeq.* anno Chriſti 65. & Neronis XI. 94. *& ſeq.* eius paſſionis dies XXIX. Iunii 101. *& ſeq.* eius uxor martyrio nobilis. 104. filia virgo ſancta . 105. concluſio de eius paſſione & die emortuali . 115. obiit Romanus Epiſcopus. *ibid.* claviger caeleſtis , & clavigerorum primogenitus a Patribus appellatus . 118. unica cum clavi in antiquis muſivis effictus . 119. eius imago a primaevis uſque temporibus ſervata . 124. imago picta in Vaticano ſummae religionis . 125. effigies , ſtatura , atque oris lineamenta e Menaeis Graecorum . 128. e Nicephoro Calliſto . 129. e Ven. Beda . 130. e S. Petro Damiano . 131. natura aliquanto aſperior . 128. peccatorum porta cur a ſancto Ephraemo appellatus . 129. eius barbiraſium a S. Petro Damiano proditum . 131. 133. cur Cephas appellatus . 141. eius in Cathedra ſucceſſores iuxta S. Optatum . *ib.* eius ſcripta a S. Hieronymo enumerata. 143. de ſecunda eius epiſtola olim an vere Petri eſſet , dubitatum . *ibid.*

Philopatridis dialogi Luciano attributi auctor quo tempore floruerit . 135.

Photii depoſitio in Synodo Romae celebrata . 208.

Pictura remotiſſimi aevi exhibens S. Pe-

S. Petrum cruci funibus conſtrictum. 81.
Pii VI. P.M. feliciter ſedentis eximia devotio erga Apoſtolorum Principem. 49.
Pippini Francorum Regis donatium ad B. Petrum tranſmiſſum. 200.
Piſciculi, Chriſtiani cur nuncupati. 251.
Pius II. vulgarem opinionem ſecutus, corpora SS. Petri, & Pauli in baſilica Vaticana iacere putat. 245.
Platonia in libro Pontificali quid ſignificet. 14.
Plagium hominis ingenui celandi aut vendendi quomodo vindicatum. 183.
Politi Alexandri de Catacumbarum etymologia opinio. 16.
Polyliturgici dies qui olim eſſent in Romana Eccleſia. 146.
Pontifices Romani noviter electi ſuper corpus B. Petri fidei profeſſionem, & iuſiurandum emittebant. 180.
Pontificum Romanorum eximia charitas erga captivos, & relegatos. 176. 177. diligentia in cenſu pauperum penes ſe retinendo. 183.
Porta Cornelia Urbis quae vocaretur. 218.
Portuenſis Eccleſiae Antiſtites obtinent privilegium celebrandi ſuper altare B. Petri. 49.
Poſſeſſiones Eccleſiae Romanae in Oriente, & Aegypto. 130. 131.
Praedicatores Evangelii a Romanis Pontificibus mittendi. 207.
Praepoſiti aliquot baſilicae ſancti Pauli memorati. 171.
Presbyteri martyrum qui appellarentur. 52.
Presbyteri titulares, Cardinales poſtea nuncupati, a S. Gregorio Magno iuſſi, ut alternatim ſingulis diebus in Vaticana baſilica, & in Eccleſia S. Pauli rem divinam facerent. 46. iidem proprio ordine enumerati. 49.
Privilegium celebrandi ſuper aram maximam baſilicae Vaticanae quibus antiquitus competeret. 48. nunc delatum Cardinalibus eius baſilicae Archipresbyteris. 49.
Prudentius citatus, aut illuſtratus. 17. 33. 45. 53. 55. 70. 81. 91. 99. 144. 147.
Purgationes a criminibus factae ad ſacratiſſimum corpus B. Petri. 180. 192.

Q

Quadrati Athenarum Epiſcopi liber pro Chriſtianis Hadriano Imperatori oblatus. 33.

R

Ramenta vinculorum D. Petri in clavibus confeſſionis quandoque incluſa. 185.
Recentiores nonnulli in dubium revocant pervetuſtum Eccleſiae conſenſum circa diem martyrii Apoſtolorum. 106.
Regis antiquitus porta Eccleſiae appellabatur. 251.
Reliquiae Sanctorum intactae antiquitus relinquebantur, quarum loco linteamina ex corporum, aut ſepulcri contactu ſacrata diſtribui ſolebant. 171. memorabilia quaedam de hoc argumento. 172.

Roma ethnica ſub nomine Babylonis indigitata a D. Petro . 73. a Gallis primum , poſtea a Nerone incenſa . 154.

Romanae Cathedrae , & Sedis auctoritas . 115. 116. 119.

Romanae mulieris fortitudo in cuſtodienda caſtitate . 55.

Romanae Urbis laudes apud ſanctum Chryſoſtomum . 148. direptio ſub Alarico . 155.

S

SAlvatoris imago ſub Leone III. elaborata in D. Petri Confeſſione adhuc ſuperſtes . 68.

Sanctorum corpora tangere olim apud Occidentales ſacrilegum. 174.

Sandalia , non caligae Apoſtolorum calceamenta . 123.

Scheleſtrate Emmanuel unicam corporum SS. Petri , & Pauli translationem defendit . 23. catalogum Romanorum Pontificum illuſtrat . 28. eius lapſus in quadam adnotatione ad Anaſtaſium . 63.

Scriptores , qui corpora SS. Petri, & Pauli in baſilica Vaticana quieſcere affirmant . 245. qui ſacrorum corporum diviſionem admittentes utrorumque portionem duabus baſilicis adſtruunt . 246. qui a primis uſque temporibus conſtanter templo Vaticano tribuunt corpus S. Petri , & templo viae Oſtienſis corpus S. Pauli . 246. 247. nonnulla de hac re antiqua monumenta . 247. 248.

Scriptorum incuria circa antiquae Confeſſionis repraeſentationem. *66.*

Scriptura ſacra quid ſit . 178. eius lectio Medico Imperatoris commendata a S. Gregorio Magno . *ibid.*

Sepulcra Martyrum a ſcalarum deſcenſu catabaſia appellata . 29. *& ſeq.*

Sepulcri ius Martyribus denegatum . 33.

Sepulcra Apoſtolorum Tropaea appellata . 138. a Prudentio deſcripta . 145.

Signi plumbei in huius libri fronte appoſiti explicatio . 117. antiquitas . 120.

S.Silveſter Petri Apoſtoli corpus inſpexit.42. eius Pontificatu nova D.Petro baſilica conſtructa. 43.

Simonis Magi hiſtoria a quibus ex antiquis ſcriptoribus tradita . 75.

Siricii Pontificis nomen in Optati opere a Librario additum . 142.

Solium Martyrum conteſſiones interdum appellatae . 38. 150. pro loco acceptum,ubi Sanctorum corpora condita erant . 150.

Subdiaconi baſilicarii . 218. regionarii . 219.

Subſidia exteris nationibus a Romanis Pontificibus miſſa , praeſertim tempore perſecutionum. 177 178.

Stuarti Henrici Benedicti Cardinalis , Ducis Eboracenſis , flagrans amor in baſilicam Vaticanam . 49.

Sylvae Candidae Antiſtitum vetus privilegium . 49. 50.

Sylvii laterculus de depoſitione B. Petri quomodo intelligendus . 107. 110.

Syno-

Synodi a Romanis Pontificibus coram Confeſſione B. Petri celebratae. 179. 200.

T

TEmplum Vaticanum D. Petri ſepulc o celebre. 5. a peregrinis vel ab antiquiſſimis temporibus frequentatum. 36. quando aedificari coeprum. 39. a Conſtantino Auguſto conſtructum. 41. quando intra Urbem incluſum. 62. ab Imperatoribus, Conſulibus, & Exercituum Ducibus ſumma cum religione aditum. 148. 154. a S. Paulino Nolano deſcriptum. 150. eius columnae admirabiles a S. Gregorio Turonenſi enumeratae. 167. in eo Concilia olim celebrara. 179. ab incendio iam in immenſum excreſcente divinitus liberatum. 112.

Theoctiſtae Patriciae pietas erga caprivos. 182.

Theodorus, & Abundius Cuſtodes Eccleſiae S. Petri. 56.

Tituli ſuper Martyrum ſepulcra extructi. 34.

Tradirio vetus de loco martyrii D. Petri in Ianiculo penitus explosa. 87. *& ſeq.* perpetua omnium Eccleſiarum Orientis, & Occidentis circa diem certaminis SS. Petri, & Pauli. 98.

Translatio corporum SS. Petri, & Pauli e catacumbis in Vaticanum, & viam Oſtienſem. 9. 10. ſecunda translatio omnino reiecta. 11. *& ſeq.* de ea Moretti, & Blanchinii diſputationes. 12. 20. Pearſonii, & Pagii. 13. a Maurinis defenſa. 15. quo tempore translatio prima, & unica facta fuerit. 25.

Trimma vox quid apud Anaſtaſium ſignificet. 41.

Tropaea nuncupara ſepulcra Apoſtolorum. 138.

Tumuli Apoſtolorum Chriſti altaria. 44.

V

VAlenti Philippus Praeſul clariſſimus ſtaruas SS. Petri, & Pauli apud ſe habet e ſepulcro Othonis II. olim detractas. 122.

Vegetii teſtimonium de Romanorum militum itineribus. 90.

Vegii Maphaei Canonici S. Petri liber *de rebus memorabilibus baſilicae Vaticanae* citatus. 41. 54. 234. eius opinio de loco martyrii Principis Apoſtolorum confutara. 83.

Velenus Uldaricus evincere conatus eſt, S. Perrum nunquam Romae fuiſſe. 5.

Veliternus Archipresbyter conſecrationi Romani Pontificis adeſſe rat loco Epiſcopi Oſtienſis, & Veliterni. 227.

S. Verani acceſſio ad Confeſſionem S. Petri, quae ultro per prodigium oranti patefacta eſt. 166.

Verſus antiqui in portis S. Petri ad corpus. 60. in verrice cratis aereae ante Confeſſionem. 63. S. Paulini de baſilica Varicana. 150. Venantii Honorii Fortunati de Apoſtolorum ſepulcris. 165.

Veſperae cur antiquitus *lucernarium* appellarae. 114.

Veſtigia SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli in catacumbis unde dicta. 16.

Veſti-

Digitized by Google

Veſtimentum Apoſtolorum quodnam eſſet. 122. 123.
Vigiliae SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli diſtinctae in Calendario Eccleſiae Romanae edito a Leone Allatio. 114.
Vigiliae quandoque a Matutino diſtinctae. 219.
Virginis Deo ſacrae praeclarum factum in urbana direptione ſub Alarico. 156.
Viſa ſuperna fidelibus oblata ad tumbas Sanctorum. 133.
Vitra antiquiora partem dexteram Principi Apoſtolorum, ſiniſtram D. Paulo attribuunt. 124.
Urbanus VIII. aram maximam ſuper martyrio D. Petri erectam praecelſa umbella ex aere inaurato contexit. 65.
Urbs ſub Alarico Rege capta, foedeque direpta. 55.
Uſuardi Martyrologium. 98. 113.
Wandelberti Abbatis Martyrologium verſibus ſcriptum ſaeculo IX. 103.

F I N I S.

ERRA-

		ERRATA	CORRIGE.
Pag. 8	lin. 30	incribi	inſcribi.
31	11	n. (*a*) *Abacus*	*Abacuc*.
64	25	n. (*b*)	adde ☧ ante inſcriptionem Pauli V.
83	33	n. (*a*) ſuſſiciat	ſufficiat.
102	15	*Carthaginienſis*	*Carthaginenſis*.
106	36	n. (*b*) *epigomenos*	*epagomenos*.
139	5	n. (*b*) *domitoria*	*dormitoria*.
155	4	n. (*a*) praeclariſſimo	praeclariſſimos.
205	6	1635.	1735.
230	14	pbg.	pag.

Cetera, quae noſtram diligentiam fugerunt, Lector ignoſce.

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. A. Marcucci Epiſc. Montiſalti Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius, Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google